in Hochachtung und dankb.

B. d. 24.6.84.

d. Vf.

DE

PAUSANIAE PERIEGETAE

STUDIIS HERODOTEIS

SCRIPSIT

CONRADUS WERNICKE.

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIV.

DE

PAUSANIAE PERIEGETAE

STUDIIS HERODOTEIS

SCRIPSIT

CONRADUS WERNICKE.

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIV.

CARLO ROBERT

S

Floruisse Antoninorum temporibus scriptorum genus exile quidem per se atque ieiunum, quod tamen imitatione spoliisque pristini temporis ornatum elatius incederet, quicunque Luciani libellum legit elegantissimum qui inscribitur *πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν*, libenter concedet. In quo (cap. 14—27) homo ingeniosus facetissime illusit rerum scriptores quales suo tempore extarent, miseros illos Herodoti Thucydidis Xenophontis aemulatores, qui cum antiqui temporis sapientiam scribendique artem sibi parare non possent, ad pusillam verborum imitationem confugerent neque haberent quo tenuitatem suam obtegerent nisi veterum auctorum frustulis undique conquisitis. Nunc Homerum, nunc comoediae scriptores, nunc Herodotum aliosve imitabantur, et hanc molem undique collectam tanquam pristini coloris plenam lectoribus proponebant.

Ex quibus intelligitur Herodoti libros tempore illo a multis non solum lectos esse, sed etiam ita probatos, ut nonnullos ad imitationem incitarent, cum interea ab aliis vel non probarentur, vel etiam impugnarentur. Illud videmus in libris Polyaeni, qui quotiens Herodotum exscripserit satis notum est; hoc illustratur exemplo libelli Plutarchei, qui inscribitur *περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας*.

Vixit autem Antoninorum quoque temporibus Pausanias, quem ex Syria quidem oriundum[1]), sed longo itinere per Italiam Grae-

[1]) Fuit enim Damascenus, cf. A. Westermann in Fleckeiseni annalibus 1839, p. 26 sqq. Cappadocem Pausaniam esse voluerunt Sylburgius nec non Schubartus (ed. mai. II. epistola critica ad Walzium), qui eundum eum esse contendit cum sophista (cf. Philostr. vit. soph. II. 13) neque repudiavit *Palmerii* coniecturam infelicissimam, qua e Damasceno, ut ait Constantin. *Porphyrog.* them. I. 2, Mazacenus i. e. Caesareensis fit. Siebelis (ed. mai. I. p. IV—VIII. Hall. encycl. III. 14, p. 276 sqq.) Lydum existimavit esse periegetam, natum in Magnesia ad Sipylum sita, sed quas affert causae non nisi eum in illa Asiae regione diutius versatum esse ostendunt.

ciamque profectum certe ab aetatis sui studiis non alienum fuisse credas. Et fuerunt profecto, qui eum quoque Herodoti fuisse simium[2]) contenderent, Sylburgius praecipue et Valckenaerius, et qui primus copiosius de imitatione verba fecit Siebelisius (ed. mai.). Siebelisii comparationem in adnotationum multitudine dispersam et tanquam occultam diligenter composuit multisque novis auxit O. Pfundtner (Pausanias periegeta imitator Herodoti. diss. inaug. Regimont. 1866); qui quamvis nonnunquam mihi in imitatione pervestiganda nimius esse videatur[3]), tamen ita rem explicavit, ut de ea dubitari vix posset.

Sed non solum imitatus est Pausanias orationis Herodoteae formam, verum etiam exscripsit multa ex patris historiae libris; secutus est eum saepissime cum in universa scribendi fabulas recensendi partes Atheniensium agendi ratione, tum in singulis narrationibus; interdum ei etiam obloquitur eumque sive aperte sive tecte aggreditur, — quae omnia accuratius demonstrare huic libello propositum est.

Incitatus sum, ut in Pausaniae fontes inquirerem, praecipue egregia Udalrici de Wilamowitz commentatione, cui inscripsit '*die Thukydideslegende*'[4]). Qua in commentatione vir doctissimus primus de Pausania ita iudicavit, ut eum hominem levissimi ingenii esse diceret, qui attentione abiecta omnia fere misceret. Ac primum quidem, ut fundamentum satis firmum sequenti disceptationi iaciamus, locos a Pausania Herodoti nomine citatos considerare necesse videtur.

---

[2]) Auctor huius cognominis, quod maximam Pausaniae propugnatorum excitavit iram, fuit Stephanus Parisinus s. v. ὅσον; ad rem cf. O. Pfundtner 'Pausanias periegeta imitator Herodoti' (diss. inaug. Regim. 1866), qui priorum quoque de ista imitatione affert iudicia, imprimis Valckenaerii et Siebelisii. praeter eum velim conferas ea quae dicunt J. Reichardt in '*Pauly, realencycl. d. class. altert*'. p. 1258 sqq., Chr. Schubart in Th. Bergk et J. Caesar, '*Ztschr. f. altert*'. 1851, p. 289 sqq.; Gustavus Krueger (theologumena Pausaniae. diss. Bonn. 1860) quamquam acriter invehit in Schubarti adversarios, tamen nihil fere affert novi.

[3]) neque enim licet eam illustrare singulis verbis apud utrumque scriptorem repertis, veluti *οἱ* pro *αὐτῷ* aliis. Scribitur illud *οἱ* non solum a Pausania, sed etiam a Luciano aliisque illius aetatis scriptoribus. Etiam O. Storch (syntaxeos Pausaniae particula prima. De anacoluthis. diss. inaug. Vratisl. 1869) nimis argute imitationem probare studet cf. p. 6.

[4]) Herm. XII, p. 326 sqq.

I.
HERODOTUS A PAUSANIA CITATUS.

Pausanias Herodotum quindecies laudat, quos locos ita recensebimus, ut librorum ordinem secuti quomodo Herodoto usus sit periegeta quaeramus.

LIBER I.

1. Paus. I. 5, 1. *ἀνωτέρω δὲ ἀνδριάντες ἑστήκασιν ἡρώων, ἀφ᾽ ὧν Ἀθηναίοις ὕστερον τὰ ὀνόματα ἔσχον αἱ φυλαί. Ὅστις δὲ κατεστήσατο δέκα ἀντὶ τεσσάρων φυλὰς εἶναι καὶ μετέθετό σφισι τὰ ὀνόματα ἀντὶ τῶν ἀρχαίων, Ἡροδότῳ καὶ ταῦτά ἐστιν εἰρημένα.* cf. I. 29, 6.

Her. I. 66. *μετὰ δὲ τε-* 1
τραφύλους ἐόντας Ἀθηναίους δεκαφύλους ἐποίησε, τῶν Ἴωνος παίδων Γελέοντος καί Αἰγικόρεος καί Ἀργάδεω καί Ὅπλητος ἀπαλλάξας τὰς ἐπωνυμίας, ἐξευρὼν δὲ ἑτέρων ἡρώων ἐπωνυμίας ἐπιχωρίων, πάρεξ Αἴαντος· τοῦτον δέ, ἅτε ἀστυγείτονα καὶ σύμμαχον, ξεῖνον ἐόντα, προσέθετο.

Brevis his verbis commentarius opus est; ipsa enim quid sibi velint clamant: illustrant scriptoris nostri consuetudinem (multis exemplis in sequentibus explicandam) inserendi ubiubi licuit locum ex Herodoto arcessitum. Ita hic quoque inserit iis, quae vel ex memoria vel ex periegetico suo fonte de *ἐπωνύμων* statuis dicit, talia quibus Herodotum non exscriberet, immo vero ad ipsius Halicarnassei libros evolvendos lectores incitare videretur. Verba autem *καὶ ταῦτα* minus huc quadrare quam ex scriptoris consuetudine dicta esse manifestum est: neque enim, quae antea narravit Pausanias, in Herodoti libris inveniuntur; quamobrem *καὶ ταῦτα* nihil aliud significant nisi 'haec quoque uti multa alia, quae ex illo tacite deprompsi'. Inseruit autem fortasse verba Herodotea loco disputationis amplioris in fonte suo (Polemone?) inventae.

2. Paus. I. 33, 4. *Νασαμῶνες γάρ, οὓς Ἄτλαντας* 2
Ἡρόδοτος, οἱ δὲ μέτρα φάμενοι γῆς εἰδέναι, Λιξίτας καλοῦσι, Λιβύων οἱ ἔσχατοι πρὸς Ἄτλαντα οἰκοῦσι, σπείροντες μὲν οὐδέν, ἀπὸ δὲ ἀμπέλων ζῶντες ἀγρίων.

Scripsit haec verba Pausanias in iis, quae de Aethiopiae partibus copiose Atticis suis inseruit. Cuius disputationis ansam praebet Nemeseos Rhamnusiae statua, Agoracriti clarissimum opus, quod alii perperam ipsi Phidiae tribuerunt[5]); quae cum dextera pateram teneret Aethiopum figuris ornatam, fuerunt qui id ita ab artifice ideo institutum esse arbitrarentur, quod Aethiopes ad Oceanum fluvium sedes haberent, Oceanus autem pater esset Nemeseos; quae deae Rhamnusiae genealogia quamquam praeterea semel quoque idque in schol. Lyc. 88 commemoratur, tamen procul dubio ad summam antiquitatem referenda nec sine probabilitate Cypriorum auctori tribuenda est[6]). Cuius opinionis particeps is quoque videtur fuisse, cuius libros periegeticos Pausanias in Atticis componendis maxime adhibuit, qui si non ipse fuit Polemo, at certe Polemonem non solum imitatus est, sed etiam compilavit. At repugnat huic sententiae Herodotus, qui II. 23 ita dicit: *οὐ γάρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὠκεανὸν ἐόντα, Ὅμηρον δὲ ἤ τινα τῶν πρότερον γενομένων ποιητέων δοκέω τὸ οὔνομα εὑρόντα εἰς ποίησιν ἐσενείκασθαι.* Quae dissensio manifesta periegetam incitavit, ut accuratius de Aethiopibus eorumque terra dissereret; ipse Herodoti sententiam defendit et lectoribus probare studet neque esse fluvium Oceanum neque habitare in Oceani litore Aethiopicas gentes. Qua de causa si recte discernere volemus, quatenus Herodoti auxilio usus sit Pausanias in rebus Aethiopicis enarrandis, facere non poterimus, quin totam disputationem perlustremus. Ac primum quidem dicitur *Ὠκεανῷ γὰρ οὐ ποταμῷ, θαλάσσῃ δὲ ἐσχάτῃ τῆς ὑπὸ ἀνθρώπων πλεομένης, προσοικοῦσιν Ἴβηρες καὶ Κελτοί, καὶ νῆσον Ὠκεανὸς ἔχει τὴν Βρεττανῶν.* Verba priora ex Herodoti l. l. sumta esse apparet; reliqua ex fonte nescio quo geographico hausta sunt. Iam scriptor illorum Aethiopum qui supra Syenen sedes haberent ultimos ad mare rubrum habitare dicit Ichthyophagos circa sinum ab ipsis Ichthyophagorum dictum. Qua in re cum Pausanias Herodoto non adsentiretur,

---

[5]) cf. Wilamowitzii librum qui inscribitur '*Antigonos von Karystos*' in disquisitionibus philologicis a Kiesslingio et Wilamowitzio editis IV. Berol. 1881. p. 10 sqq.

[6]) adde Paus. VII. 5, 3, ubi eundem fontem periegeticum, quo in Atticis usus est, verbis *οἱ Ἀθηναῖοι* aperte designat. Cum autem carminis Cyprii poëta fabulam de Nemeseos mutationibus narraret (cf. Athen. VIII, p. 334 B—D), coniiciendum est, deam factam esse ab illo filiam Oceani; Oceani enim filia sicut aliae maris deae mutationis artem habebat.

qui III. 19 a Cambyse Persarum rege missos esse speculatores in Aethiopum fines dixerat Ichthyophagorum *ἄνδρας τοὺς ἐπισταμένους τὴν Αἰθιοπίδα γλῶσσαν*, haec verba ad alterum illum fontem ignotum referenda videntur; Aethiopes tamen supra Elephantinen (id quod idem est, ac si Syene esset nominata) habitantes etiam apud Herodotum (II. 29) inter gentes Aethiopicas numerari sane dignum est quod animadvertatur. *οἱ δὲ δικαιότατοι Μερόην πόλιν καὶ πεδίον Αἰθιοπικὸν καλούμενον οἰκοῦσιν· οὗτοι καὶ τὴν ἡλίου τράπεζάν εἰσιν οἱ δεικνύντες, οὐδέ σφισιν ἔστιν οὔτε θάλασσα οὔτε ποταμὸς ἄλλος γε ἢ Νεῖλος.* Ac primum quidem hoc loco confundit Pausanias cum Meroës incolis eos quos Solis tabulam ostendere in Herodoto legit Macrobios; Herodotus enim duas primum Aethiopum distinguit gentes, Aethiopes occidentales atque orientales, quorum hos Indorum finitimos in Gedrosiae fere regione habitare credit[7]), illos autem terram Aegypto confinem vel Libyae partem meridionalem incolere; Libycorum genera quattuor commemorat Aethiopum: homines pascua peragrantes ait habitare dimidium insulae Tachompso supra Elephantinen sitae[8]) (de iis iam dictum est); a quibus differre eos, quorum urbs Meroë caput sit, nec non istos, qui homines parva corporis statura regionem ab Nilo fluvio occidentalem habitent[9]); iam reliqui sunt quos Macrobios vocat Solisque tabulam habere dicit; quos cum Herodotus meridionalem Libyae oram habitare[10]) omniumque terrarum ultimam ad Africum ventum[11]) incolere tradat, negandum est eosdem eos esse atque eos qui Meroën obtinebant. Quare cum Solis tabulam Meroës incolis tribueret, neglexisse Pausaniam ea quae apud illum II. 114 dicuntur apertum est; ipsam Solis tabulam quin ex Herodoto sumpserit dubitari nequit; neque enim quisquam praeter hunc[12]) de pia illa fraude verba fecit, et ipse Pausanias more illo antiquo magnopere delectatus alibi ita repetivit eius memoriam, ut Herodoti verba sup-

---

[7]) Sic inde ab Homero discernere homines consueverunt.

[8]) Her. II. 29 sqq.

[9]) Her. II. 32, ubi Nasamonum quorundam expeditionem enarrat in deserta Libyae factam ad Nili fontes explorandos.

[10]) Her. II. 17.

[11]) Her. II. 114. *ἀποκλινομένης δὲ μεσαμβρίης παρήκει πρὸς δύνοντα ἥλιον ἡ Αἰθιοπίη χώρη ἐσχάτη τῶν οἰκεομενέων.* quae sequuntur docent Macrobios esse intelligendos.

[12]) Her. III. 17—19; 23.

plenda esse omnibus pateret. Dixit enim VI. 26, 2. *λέγουσι δὲ καὶ Ἄνδριοι παρὰ ἔτος σφίσιν ἐς τοῦ Διονύσου τὴν ἑορτὴν ῥεῖν οἶνον αὐτόματον ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Εἰ πιστεύειν χρὴ ταῦτα Ἕλλησιν, ἀποδέχοιτο ἄν τις τῷ λόγῳ γε τῷ αὐτῷ καὶ ὅσα Αἰθίοπες οἱ ὑπὲρ Συήνης ἐς τοῦ ἡλίου τὴν τράπεζαν λέγουσιν*, i. e., ut cum Herodoto pergamus, *ταῦτα* (sc. *τὰ κρέα ὀπτά*) *τὴν γῆν αὐτὴν ἀναδιδόναι ἑκάστοτε*. Quodsi confundit duas illas gentes Pausanias, cognomen *οἱ δικαιότατοι* forsitan declarari possit ex iis, quae apud Herodotum de Macrobiis traduntur, sed ipsum cognomen apud eum non invenitur. Attamen prorsus novus est campus Aethiopicus, qua de causa eum alteri periegetae fonti tribuamus necesse est. Quod deinde Meroës incolis nullum esse neque mare neque flumen nisi Nilum dicit, ad ipsius ratiocinationem pertinet. *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι πρόσοικοι Μαύροις Αἰθίοπες ἄχρι Νασαμώνων παρήκοντες. Νασαμῶνες γὰρ κτλ.* Designari his verbis parvas illas quas Herodotus dicit gentes haud difficile intelligitur. Nunc denique Herodotus iamdiu consultus nominatur, sed — id quod maxime mirum est — quae ei crimini vertuntur omnino non dixit. Ita enim lectores docuit[13]): incolere Libyae oram ab Aegypto usque ad lacum Tritonida hasce gentes, Adyrmachidas Giligamos Asbystas Auschisas (quibus in mediterraneis finitimi essent Bacales) Nasamones Psyllos Macas Gindanes Lotophagos Machleas Auseas; ex Nasamonum autem finibus usque ad montem Atlantem enumerat Garamantes Atarantes Atlantes, quorum ultimos circa ipsum montem sedere dixit. Videtis, quomodo Herodotum suum intellexerit Pausanias: omnia perturbavit; quia in fonte suo (Her. II. 32) iter Nasamonum in parvorum Aethiopum fines factum invenit, conclusit vicinos esse Nasamones atque Aethiopes parvos; qua de causa illos infimum montem Atlantem incolere sibi finxit; ubi cum alio Herodoti sui loco (IV. 187 sq.) Atlantes sedere legeret, eosdem atque Nasamones eos ab Herodoto putari collegit[14]). Lixitas eorumque vitam ad alterum fontem pertinere patet; eidem quae de Atlante rivis-

---

[13]) inde ab IV. 172.

[14]) aliter de hac re iudicavit O. Pfundtner '*die historischen quellen des Pausanias*' in Fleckeis. annal. 99. p. 441 sq., qui omnia memoriter citata esse dixit. Sed aperte operam dedit Pausanias, ut ea quae Herodotus de Aethiopibus diceret, colligeret omnia et cum fonte suo compararet. Quare accidit bono periegetae, ut quae vel ipsi Herodoto non satis liquerent (vero enim longius ab ora abesse Atlantem putavit) mirum in modum confunderet.

que tribus ex eo oriundis narrantur, quin tribuamus facere non possumus. Deinde periegeta cum totius disputationis summam paucis complexus esset verbis[15]), ex eodem fonte nonnulla de Atlante adnectit; sed in illis quoque, etsi magis recondita, insunt Herodotea. Velim enim conferas[16])

Paus. I. 33, 6. *καὶ πρὸς τῇ πηγῇ κροκόδειλοι διπήχεων ἦσαν οὐκ ἐλάσσους.*	Paus. II. 28, 1. *Λιβύη μέν γε μόνη κροκοδείλους τρέφει χερσαίους διπήχεων οὐκ ἐλάσσονας, παρὰ δὲ Ἰνδῶν*	Her. IV. 122. *κατὰ τοὺς νομάδας* (sc. *Λιβύας*) *δέ ἐστι τούτων οὐδέν, ἀλλ' ἄλλα τοιάδε,* ...... *καὶ κροκόδειλοι ὅσον τε τριπήχεις χερσαῖοι, τῇσι σαύρῃσι ἐμφερέστατοι,* ......

Congruere verba manifestum est, nisi quod paullulum variantur a periegeta; ex tribus enim cubitis duos fecit, qua variatione minuta tantopere delectari videtur, ut verba in Corinthiacis repeteret[17]).

3. Paus. I. 43, 1. *οἶδα δὲ Ἡσίοδον ποιήσαντα ἐν καταλόγῳ γυναικῶν Ἰφιγένειαν οὐκ ἀποθανεῖν, γνώμῃ δὲ Ἀρτέμιδος Ἑκάτην εἶναι. τούτοις δὲ Ἡρόδοτος ὁμολογοῦντα ἔγραψε, Ταύρους τοὺς πρὸς τῇ Σκυθικῇ θύειν παρθένῳ τοὺς ναυαγούς, φάναι δὲ αὐτοὺς τὴν παρθένον Ἰφιγένειαν εἶναι τὴν Ἀγαμέμνονος.*	Her. IV. 103. (*Ταῦροι*) .... 3 *θύουσι μὲν τῇ παρθένῳ τούς τε ναυηγοὺς καὶ τοὺς ἂν λάβωσι Ἑλλήνων ἐπαναχθέντες τρόπῳ τοιῷδε·* ...... *τὴν δὲ δαίμονα ταύτην, τῇ θύουσι, λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι.*

---

15) *οὕτως Αἰθίοπες ποταμῷ γε οὐδενὶ προσοικοῦσιν Ὠκεανῷ.* quod est *ἢ* in codicibus ante verbum *Ὠκεανῷ* cum iam Siebelius suo iure eiecerit, mirum est Bekkerum Schubartum restituisse.

16) Comparavit iam Her. IV. 192 cum Paus. II. 28, 1. O. Pfundtner in Fleckeis. ann. l. l., ubi pauca proposuit quae ex Herodoto fluxisse sibi visa essent.

17) Similis mutationis exemplum in sequentibus proponam. cf. cap. II. n. 88. Fons geographicus, quo praeter Herodotum usus est periegeta, forsitan Artemidorus fuerit Ephesius; sed hanc quaestionem quanticunque mo-

CAROLO ROBERT

S

quod iam Pythiae verbis praedictum esset, quae utrum Herodotus non intellexerit an sciens veram interpretationem praetermiserit se dubitare. Ille vero sane non ita intellexit oraculum uti Pausanias, sed miraculo quodam perterritum Cleomenem ex Argivorum terra revertisse tradit. Sic enim res gestas enarrat: Cleomeni Apollinem consulenti responsum datum se Argos capturum esse; quamobrem cum in Tirynthis regionem invaderet, Argivos Hesipiae, quae est prope Tirynthem sita, obviam ei venisse, ibique utrumque exercitum castra posuisse. Tum Argivos veritos, ne dolo deciperentur (memoria enim tenebant oraculum a Pythia datum), hostium praecone uti constituisse. Sed Cleomenem, qui id cognovisset, alia praeconem pronuntiare alia iussisse milites facere. Quare deceptos Argivos multos quidem ferro interemtos, plures autem, qui in Argi nemus confugissent, proditione atque igne necatos esse. Quo facto regem cum quaesisset, cuius deorum nemus esset sacrum, audiissetque Argi, cognovisse, ultra sibi progredi non esse a fato constitutum, qua sententia miraculo quodam firmata domum revertisset. Quoniam autem Herodotus nihil de Telesilla narravit, ignotam ei fuisse illam de poëtria fabellam certissimum est; quod si verum est, aliter eum intellexisse oraculi sententiam patet. Atque hoc quidem Pausanias quoque vidit, sed paucis verbis praetermittit cum ad Telesillae historiam oraculum ex Herodoto sumtum adnecteret. Ac primum quidem illud manifestum est Argivarum luctum ab Herodoto ad coniuges filiosque Cleomenis iussu trucidatos referri. Reliqua si interpretari volumus, exeundum videtur ab ultimis versibus, qui apud solum Herodotum inveniuntur. (Pausanias enim quique eum exscribit Suidas omittunt.) In quibus verba *δεινὸς ὄφις τριέλικτος* ipsius Argi ab Argivis culti numen significare apparet, siquidem ille simul cum viris occisis *ἀπώλετο*[21]); tum *τὸν ἄρσενα* victum ad Cleomenem referendum esse, verba autem *ἡ θήλεια* ad Argivorum deam Heram[22]) unus quisque concedet. Tota autem Halicarnassei nar-

---

[21]) Argus apud Aeschylum Prom. 676 Kirchh. et Acusilaum (Apollod. bibl. 36, 30 Bekk.) vocatur *γηγενής* cf. Bekk. Anecd. p. 442: *Ἀργειφόντης — ὀφιοκτόνος.*

[22]) Haec Odofredi Muelleri (in libro qui inscribitur '*die Dorier*' I. p. 174. not. 3 ed. Schneidew.) interpretatio ideo mihi Herodoti verbis aptior videtur esse quam Henrici Steinii (in editione Herodoti), qui Hesipiam illam *θήλειαν* esse putavit; poterat enim Cleomenes ab Hera quidem dici victus esse, ab Hesipia minime.

ratio prorsus fide digna atque probabilis est; sin autem quis praeter Cleomenis superstitionem excitatam aliam quoque cur domum reverterit causam desideret, is discordiam potius inter regem eiusque collegam inimicissimum Demaratum exortam castra Lacedaemoniorum removisse censebit quam legionis illius femineae metum. Quae fabula videtur fuisse post Herodoti demum aetatem inventa, ad explicandam oraculi sententiam iam obscuram, et ad interpretandum simulacrum illud a Pausania commemoratum[23]). Scripserunt autem praeter Pausaniam de poëtria Plutarchus (de mull. virt. IV. p. 247 A) Polyaenus (strateg. VIII. 33) Clemens Alexandrinus (strom. IV. 19, 122) Lucianus (amor. 30) Suidas (s. v. *Τελέσιλλα*) Syncellus (p. 247 Bonn.). Polyaenus Plutarchum exscripsit, Pausaniam Suidas, Plutarchus Socratem Argivum; ab reliquis tribus non nisi brevissima Argivae fit mentio. Pausanias autem sua non ex Plutarcho hausit, sed manifesto eodem quo hic fonte usus est Socrate Argivo. Ex quo omnia habet, quae de Telesilla dicit, narrationi autem ex eo excerptae addit duo Herodoti frustula, alterum de oraculo, alterum hisce verbis:

Paus. II. 20, 8. *καὶ τῶν μὲν ἐν αὐτῇ πεπτωκότων τῇ μάχῃ, ὅσοι δὲ ἐς τὸ ἄλσος τοῦ Ἄργου κατέφευγον διαφθαρέντων καὶ τούτων τὰ μὲν πρῶτα ἐξιόντων κατὰ ὁμολογίαν, ὡς δὲ ἔγνωσαν ἀπατώμενοι, συγκατακαυθέντων τῷ ἄλσει τῶν λοιπῶν.* cf. III. 4, 1.	Her. VI. 78. *καὶ πολλοὺς μὲν ἐφόνευσαν αὐτῶν πολλῷ δὲ ἔτι πλεῦνας ἐς τὸ ἄλσος τοῦ Ἄργου καταφυγόντας περιιζόμενοι ἐφύλασσον.* In sequentibus quae Pausanias paucis tantum verbis indicat, copiose enarrantur.

[23]) Paus. II. 20, 8. Quod simulacrum recte Odofredus Muellerus (*Dorier* II. p. 366 not. 7) opus caelatum fuisse existimavit; semper enim verbo *ἐπείργασται* hoc significat Pausanias, cf. Schubartum in Philologo XXIV. p. 581 —587. Fuit tabula votiva Veneri sacra, qua non Telesillam, sed ipsam Venerem repraesentatam fuisse equidem cum Odofredo Muellero putaverim; neque enim quinto saeculo hominum imagines in tabulis votivis sculpi solebant, nec libri a Pausania commemorati magis ad poëtriam quam ad deam quadrant, cum illi lyra fuisset danda, non libri; equidem quid libri sibi velint non intelligo. Quae praeterea commemoratur Telesillae imago (Tatian. c. Graec. 34), statuae ab Nicerato Eucteмonis filio Atheniensi confectae forsitan post Nicerati demum aetatem (vixit circa Ol. 90, cf. Plin. XXXIV. 88 Detl.: nec minus Niceratus omnia quae ceteri adgressus repraesentavit Alcibiaden lampadumque accensu matrem eius Damareten sacrificantem) mala interpretatione Telesillae nomen inditum sit.

6 3. Paus. II. 30, 4. *τά δὲ ἐς τὴν Αὐξησίαν καὶ Δαμίαν, ὡς οὐχ ὗεν ὁ Θεὸς Ἐπιδαυρίοις, ὡς τᾶ ξόανα ταῦτα ἐκ μαντείας ἐποιήσαντο ἐλαίας παρ' Ἀθηναίων λαβόντες, ὡς Ἐπιδαύριοι μὲν οὐκ ἀπέφερον ἔτι Ἀθηναίοις ἃ ἐτάξαντο, οἷα Αἰγινητῶν ἐχόντων τὰ ἀγάλματα, Ἀθηναίων δὲ ἀπώλοντο οἱ διαβάντες ἐπ' αὐτὰ ἐς Αἴγιναν, ταῦτα εἰπόντος Ἡροδότου καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐπ' ἀκριβὲς οὔ μοι γράφειν κατὰ γνώμην ἦν εὖ προειρημένα, πλὴν τοσοῦτό γε ὅτι εἶδόν τε τὰ ἀγάλματα καὶ ἔθυσά σφισι κατὰ τὰ αὐτὰ καθὰ δή καί Ἐλευσῖνι θύειν νομίζουσιν.*

Damiae Auxesiaeque cultus cur Epidauro Aeginam transierit, discimus ex Herodoto V. 82—84, qui omnia quomodo accidissent deinceps narravit. Quamobrem cum Pausanias in Aeginae descriptione simulacra dearum commemorasset, fabulam ex Herodoto sumpsit vel potius lectores ad illius libros evolvendos adhortatus est. Quod autem dicit, eodem modo quo apud Eleusinios coli deas, illud quoque Herodotus copiosius illustravit, qui choros femineos diebus festis saltare mulieresque indigenas petulantia iocisque persequi tradidit; quae omnia in sacris quoque Eleusiniis usitata fuisse satis notum est. Ceteroquin autem cognatione quoque coniunctas esse quadam cum Cerere et Proserpina deas illas agrestes, quibuscum compari possunt Thallo Auxo Carpo Atheniensium, Cleta Phaënna Lacedaemoniorum, Cleso Tauropolis Megarensium, quivis libenter concedet.

LIBER III.

7 1. Paus. III. 2, 3 sq. *ἔτεσι δὲ ὕστερον οὐ πολλοῖς Λαβώτας ὁ Ἐχεστράτου τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Σπάρτῃ. τοῦτον τὸν Λαβώταν Ἡρόδοτος ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Κροῖσον ὑπὸ Λυκούργου τοῦ θεμένου τοὺς νόμους φησὶν ἐπιτροπευθῆναι παῖδα ὄντα. Λεωβώτην δέ οἱ τίθεται τὸ ὄνομα καὶ οὐ Λαβώταν. ...... ἔθηκε δὲ καὶ Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις τοὺς νό-*

Her. I. 65. *Λυκοίργου τῶν Σπαρτιητέων δοκίμου ἀνδρος ἐλθόντος ἐς Δελφοὺς ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ὡς ἐσήιε ἐς τὸ μέγαρον, εὐθὺς ἡ Πυθίη λέγει τάδε·*

ἥκεις, ὦ Λυκόοργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν.
δίζω ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι η ἄνθρωπον.
ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόοργε.

οἱ μὲν δή τινες πρὸς τού-

μους ἐπὶ τῆς Ἀγησιλάου βασιλείας. θεῖναι δὲ αὐτὸν λέγουσιν οἱ μὲν παρὰ τῆς Πυθίας διδαχθέντα ὑπὲρ αὐτῶν, οἱ δὲ ὡς Κρητικὰ ὄντα νόμιμα ἐπαγάγοιτο.

τοισι λέγουσι καὶ φράσαι αὐτῷ τὴν Πυθίην τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσι· ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκοῦργον ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτεω, ἀδελφιδέου μὲν ἑωυτοῦ, βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων, ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα. ὡς γὰρ ἐπετρόπευσε τάχιστα, μετέστησε τὰ νόμιμα πάντα καὶ ἐφύλαξε ταῦτα μὴ παραβαίνειν.

De Lycurgi aetate quaestionem esse difficillimam, cum omnes fere scriptores de ea dissentiant, iam Plutarchus (vit. Lyc. c. 1) queritur, nec facere possumus etiam nostra aetate quin ei adsentiamur. Quam difficultatem Pausanias non modo non cognovit, sed ne sensit quidem; ab illo enim fonte, quo usus est in regum Laconicorum historia enarranda, duabus rebus differt Herodotus: Agiadam dicit Lycurgum et Labotae aequalem. Quorum animadvertit illud Pausanias, hoc neglexit; quamvis enim in fonte suo Agesilai tempore ab Lycurgo leges esse latas inveniret, tamen Lycurgum Labotae tutorem fuisse ex Herodoto commemoravit; cum autem hic patruum fuisse Labotae, itaque Agiadam eum dixisset, periegeta consulto verba *ἀδελφιδέου μὲν ἑωυτοῦ* omisit, quia Eurypontidam fuisse Lycurgum ex fontis sui traditione sciret. Itaque formae tantum varietatem adnotavit, qua rex Lacedaemonorium ab Herodoto Ionice *Λεωβώτης* diceretur. Praeterea de ipsarum legum origine duas ex Herodoto affert traditiones, alteram Delphicam, alteram Lacedaemoniorum.

2. Paus. III. 25, 7. *ἀναθήματα δὲ ἄλλα τέ ἐστιν ἐπὶ Ταινάρῳ καὶ Ἀρίων ὁ κιθαρῳδὸς χαλκοῦς ἐπὶ δελφῖνος. τὰ μὲν οὖν ἐς αὐτὸν Ἀρίονα καὶ τὰ ἐπὶ τῷ δελφῖνι Ἡρόδοτος εἶπεν ἀκοὴν ἐν τῇ Λυδίᾳ συγγραφῇ.* 8

cf. Her. I. 23 sqq.

Ut modo de Clisthene Telesilla Aethiopibus vidimus, hic quoque ad monumentum interpretandum adiicit Pausanias *λόγον* ex Herodoto (et recte quidem periegeta Lydorum historiam nominat,

cui ille fabellam inseruit) sumtum[24]): sed haec Herodoteae narrationis brevis commemoratio ei non sufficere videbatur, immo ansam ei praebuit, cur longius ab proposito evagaretur: namque adnectit ex fonte aliquo paradoxographico aliam fabulam, quae ad delphinos eorumque mansuetudinem spectat[25]).

LIBER IV.

9 1. Paus. IV. 35, 12. τὰν δὲ Ἡρόδοτον οἶδα εἰπόντα ὡς ἐς τὸν ποταμὸν τὸν Ὕπανιν ἐκδίδωσιν ὕδατος πικροῦ πηγή. Πῶς δ' ἂν οὐκ ἀποδεξαίμεθα ἀληθεύειν αὐτῷ τὸν λόγον, ὅπου γε καὶ ἐφ' ἡμῶν ἐν Δικαιαρχίᾳ τῇ Τυῤῥηνῶν ἐξεύρηται ὕδωρ σφίσι θερμόν, οὕτω δή τι ὀξὺ ὥστε τὸν μόλυβδον, διεξήει γὰρ διὰ μολύβδου ῥέον, ἔτεσι κατέτηξεν οὐ πολλοῖς.

Her. IV. 52. ἐκ ταύτης ὦν (sc. τῆς λίμνης) ἀνατέλλων ὁ Ὕπανις ποταμὸς ῥέει · ἐπὶ μὲν πέντε ἡμερέων πλόον βραχὺς καὶ γλυκύς ἐστι, ἀπὸ δὲ τούτου πρὸς θαλάσσης τεσσέρων ἡμερέων πλόον πικρὸς δεινῶς. ἐκδιδοῖ γὰρ ἐς αὐτὸν κρήνη πικρή, οὕτω δή τι ἐοῦσα πικρή, ἣ μεγάθεϊ σμικρὴ ἐοῦσα κιρνᾷ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν ἐν ὀλίγοισι μέγαν. ἔστι δὲ ἡ κρήνη αὕτη ἐν οὔροισι χώρης τῆς τε ἀροτήρων Σκυθέων καὶ Ἀλαζόνων · οὔνομα δὲ τῇ κρήνῃ καὶ ὅθεν ῥέει τῷ χώρῳ σκυθιστὶ μὲν Ἐξαμπαῖος, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν Ἱραὶ ὁδοί.

Pausanias pauca illa quae de Messeniorum terra eorum historiae adiunxit ornanda esse interpositis de variis rebus disserta-

---

[24]) Praeter Herodotum Arionis fata narrarunt Gellius (Noct. Att. XVI. 19), qui illius tantum verba videtur in Latinum sermonem convertisse, Dio Chrysostomus (or. 37 in.), qui et ipse Herodoto usus est. Hyginus (fab. 194, cf. etiam schol. Germanic. II. p. 165, 1—166, 4 et Robertum Eratosth. p. 201 sqq.) aliam traditionem secutus videtur esse; Apollinem enim Arioni per quietem se obtulisse salutisque viam ei monstrasse, delphinum autem postea in astrorum numero collocatum esse dicit. Ceterum Eratosthenes aliter delphini sidus inlustravit, cf. catasterism. p. 158 sq. Ovidius, ut Fasti (II. 83—118) suapte natura postulabant, chronici more rem enarrat eodem fere quo Hyginus modo; breviter mentionem faciunt Arionis Plin. N. H. IX. 28 et Aelian. de N. An. XII. 45; cf. omnino de Arionis fabula Lehrsii '*ueber wahrheit und dichtung in der griech. literaturgesch.*' in '*popul. aufs. a. d. alterth.*' p. 386 sqq.

[25]) cf. epimetrum II.

tiunculis ratus, ubi Methones (vel ut periegeseos codices scribunt, Mothones) monumenta recensuit, cum inter ea puteus quoque aquae pice permixtae fuisset commemorandus, ex historiarum mirabilium auctore nescio quo longum fontium numerum, qui essent vel colore vel gusto insignes, lectoribus proponit; deinde Herodotum quoque aliquid de miro quodam fonte tradere recordatus laudat eius auctoritatem; postremo ad Herodoti narrationem confirmandam quem ipse viderat fontem Puteolanum addit. Cum autem Herodotum citaret, omisit profecto summam rei; neque enim rivum amarum in Hypanin influere maxime est mirum, sed parvulo illo fonte magnum amnem amarum fieri[26]. Quod cum Pausaniae lectores intelligere non possent, tamen ipse periegeta recte cognovit; nam quod affert exemplum Puteolanum ita in Herodoti narrationem quadrat, ut Pausaniae Herodoti verbis uti licuerit, ut ostendunt verba Pausaniae *οὕτω δή τι ὀξὺ* collata cum Herodoti *οὕτω δή τι ἐοῦσα πικρή*.

LIBER V.

1. Paus. V. 26, 4. *τὸν γὰρ δὴ Μίκυθον τοῦτον Ἡρόδοτος ἔφη ἐν τοῖς λόγοις ὡς Ἀναξίλα τοῦ ἐν Ῥηγίῳ τυραννήσαντος γενόμενος δοῦλος καὶ ταμίας τῶν Ἀναξίλα χρημάτων ὕστερον τούτων ἀπιὼν οἴχοιτο ἐς Τεγέαν τελευτήσαντος Ἀναξίλα.*

Her. VII. 170. *ὁ δὲ Μίκυθος οἰκέτης ἐὼν Ἀναξίλεω ἐπίτροπος Ῥηγίου καταλέλειπτο, οὗτος ὅς περ ἐκπεσὼν ἐκ Ῥηγίου καὶ Τεγέην τὴν Ἀρκάδων οἰκήσας ἀνέθηκε ἐν Ὀλυμπίῃ τοὺς πολλοὺς ἀνδριάντας.*

Olympiae in sacro nemore permultae collocatae erant statuae Jovi Olympio a Micytho Choeri filio dedicatae, quas enumerans Glauci artificis aetatem erui posse ratus ex Micythi tempore, addit Pausanias ea quae ex Herodoto de Micythi fatis compererat iisque ex Olympicarum inscriptionum codice quo utebatur[27] pauca de

[26]) Monere satis erit fontem illum amarum certe non nisi in scriptorum opinione extare cur prope ostium amarus fiat amnis quaerentium; id autem accidere aqua marina fluctibus in amnem delata hodie nemo non intelligit. Sed fabula apud veteres inde ab Herodoto saepe commemoratur, cf. Ovid. Met. XV. 285 sq. Vitruv. 8, 3, 11. Mela II. 7. Steph. Byz. v. Ὕπανις alios.

[27]) cf. G. Treu, '*vermischte bemerkungen*' in '*arch. ztg.*' 1882 p. 72 sqq. et G. Hirschfeld '*Pausanias und die inschriften von Olympia*' in eodem libro p. 97 sqq.

eius genere nec non de causa dedicationis subiungit. Herodotum igitur exscripsit Pausanias: tamen si accuratius verba ipsa inspexeris, hoc loco utrumque scriptorem verbis fere nunquam congruere videbis, sed Pausaniam quasi consulto aliis vocibus uti: quem morem postea saepius animadvertemus. Dicit pro *οἰκέτης ἐὼν* — *γενόμενος δοῦλος*, *ταμίας* pro *ἐπίτροπος*, *οἴχεσθαι* pro *ἐκπίπτειν*. Sed cum eleganter variare vellet orationem suam, obscuram eam reddidit: aliter enim verba possunt intelligi atque ipse voluit, cum ex iis Anaxila etiam vivo Micythum bona administrasse et post regis mortem statim Tegeam se contulisse concludere possimus. Quare eum quod negligentius Herodoti verba, quam debuisset, referret Pfundtnerus vituperavit[28]), id quod non concedo: potest enim idem verbis inesse sensus qui Herodoteis, nec tam accusandus videtur periegeta, quod negligens fuerit, quam quod sententiam suam plana atque perspicua oratione exprimere non potuerit. Re ipsa eum Herodoto adsentiri neque aliud quidquam de Micytho scire nisi quod historiae pater narraverit[29]) pro certo affirmaverim.

Ab libro VI. usque ad IX. Herodotus non laudatur.

LIBER X.

11 1. Paus. X. 20, 1 sqq. *ἐπὶ μέν γε τὸν Μῆδον ἀφίκοντο τοσοίδε Ἑλλήνων·*	Her. VII. 202 sq. *ἦσαν δὲ οἵδε Ἑλλήνων οἱ ὑπομένοντες τὸν Πέρσην ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ·*

---

[28]) in Fleckeiseni annalibus 99 p. 441 sq.

[29]) copiosius de Micytho disseruit Diodorus XI. 59; 66, quem tamen neque ipsum neque eius fontem a Pausania inspectum esse ex eo vel intelligitur, quod Anaxilae hic aetatem perversissime ad Ol. XXIX refert (IV. 23, 10) cum ille recte eum Ol. LXXI, 3—LXXVI, 1 regnasse diceret. Multi de hoc Pausaniae errore scripserunt, egregie autem Bentleius in dissertatione clarissima do Phalaridis epistolis scripta p. 192—212 (ed. W. Ribbeck) hoc loco Pausaniam falsa tradere demonstravit. cf. praeterea Barthélémy, '*voyage du jeune Anacharsis*' ed. Fischer-Haupt VII. p. 207 sqq. et Philippi Kohlmann quaestiones Messeniacas (diss. inaug. Bonn 1860) p. 53 sq., qui cum Pausaniae errorem ad Rhiani Messeniaca referendum esse censeret, coniecturam suam etsi veri non dissimilem esse, tamen fundamento satis firmo egere ipse intellexit.

Λακεδαιμόνιοι οἱ μετὰ Λεωνίδου τριακοσίων οὐ πλείονες,	*Σπαρτιητέων τε τριηκόσιοι ὁπλῖται*
Τεγεᾶται πεντακόσιοι καὶ ἐκ Μαντινείας ἴσοι,	*καὶ Τεγεητέων καὶ Μαντινέων χίλιοι, ἡμίσεις ἑκατέρων,*
παρὰ δὲ Ὀρχομενίων Ἀρκάδων εἴκοσί τε καὶ ἑκατόν, ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων χίλιοι τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ πόλεων,	*ἐξ Ὀρχομενοῦ τε τῆς Ἀρκαδίης εἴκοσι καὶ ἑκατόν, καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Ἀρκαδίης χίλιοι· τοσοῦτοι μὲν Ἀρκάδων,*
ὀγδοήκοντα δὲ ἐκ Μυκηνῶν, καὶ ἐκ Φλιοῦντος διακόσιοι, διπλάσιοι δὲ τούτων Κορίνθιοι·	*ἀπὸ δὲ Κορινθίων τετρακόσιοι καὶ ἀπὸ Φλιοῦντος διακόσιοι, καὶ Μυκηναίων ὀγδώκοντα.*
	οὗτοι μὲν ἀπὸ Πελοποννήσου
παρεγένοντο δὲ καὶ Βοιωτῶν ἑπτακόσιοι ἐκ Θεσπείας,	*παρῆσαν, ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι*
καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι.	*καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι.*
χίλιοι δὲ Φωκέων ἐφύλασσον μὲν τὴν ἄτραπον ἐν τῇ Οἴτῃ, πρόσεστιν δὲ τῷ παντὶ Ἑλληνικῷ καὶ ὁ ἀριθμὸς ὁ τούτων. Λοκροὺς δὲ τοὺς ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κνήμιδι Ἡρόδοτος μὲν οὐχ ὑπήγαγεν ἐς ἀριθμόν, ἀλλ' ἀφικέσθαι σφᾶς ἀπὸ πασῶν ἔφη τῶν πόλεων. τεκμήρασθαι δὲ ἀριθμὸν καὶ τούτων ἔστιν ἐγγύτατα τοῦ ἀληθοῦς· ἐς Μαραθῶνα γὰρ Ἀθηναῖοι σὺν ἡλικίᾳ τε τῇ ἀχρείῳ καὶ δούλοις ἐνακισχιλίων ἀφίκοντο οὐ πλείους· τὸ οὖν μάχιμον Λοκρῶν τὸ ἐς Θερμοπύλας ἐλθὸν οὐκ ἂν	*πρὸς τούτοισι ἐπίκλητοι ἐγένοντο Λοκροί τε οἱ Ὀπούντιοι πανστρατιῇ καὶ Φωκέων χίλιοι.*

ὑπέρ γε ἑξακισχιλίους ἀριθμοίη τις· οὕτω γένοιτο ἂν ὁ σύμπας στρατὸς διακόσιοι καὶ χίλιοι καὶ μύριοι.

Pausaniam hoc loco nihil nisi Herodoti verba respicere manifestum est; etiamsi enim non diceret, res ipsa clamaret, praesertim cum conferremus indicem Pausanianum cum Diodoro (lib. XI. 4). Sed ipse apertissime Herodotum se sequi profitetur eiusque verba coniiciendo supplere conatur. Qua de re quoniam dubitari nequit, perutile videtur, quomodo Herodoto usus sit periegeta animadvertere. Nam minime auctoris sui indicem ad verbum exscripsit, sed de industria ordinem quidem servavit enumerationis, verba autem ipsa paene omnia mutavit: non modo pro Persis Medos, pro Spartanis Lacedaemonios dicit, sed etiam quod apud Herodotum supplendum tantum est ad Boeotos verbum *παρῆσαν*, ipse verbo *παρεγένοντο* Boeotis quin apponat facere non potest. Huc accedit quod, quas Herodotus lectoribus computandas reliquit Tegeatarum Mantinensiumque copias, earum periegeta utriusque enumerat civitatis milites separatim, quas autem ille singulas attulerat Corinthiorum Phliasiorumque, in problematis modum redegit. Quid plura? Consulto orationem Herodoteam variatam esse ab Pausania apparet. Sed hic quoque Herodotus propter comparationem tantum adhibetur, ut saepius in periegeseos libris factum esse iam demonstravimus: comparantur enim copiae Leonidae cum iis quae postea Galatarum invasioni restiterunt[80]).

12 2. Paus. X. 32, 8. *Τιθορέα δὲ ἀπωτέρω Δελφῶν ὀγδοήκοντα, ὡς εἰκάσαι, σταδίοις ἐστὶν ἰόντι τὴν διὰ τοῦ Παρνασοῦ· τὴν δὲ οὐ πάντα ὀρεινήν, ἀλλὰ καὶ ὀχήμασιν ἐπιτήδειον πλεόνων ἔτι ἐλέγετο εἶναι σταδίων. Διάφορα ἐς τὸ ὄνομα οἶδα τῆς πόλεως Ἡροδότῳ τε εἰρημένα ἐν ἐπιστρατείᾳ τοῦ*	Her. VIII. 32. *ὡς δὲ ἐκ τῆς Δωρίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέβαλον, αὐτοὺς μὲν τοὺς Φωκέας οὐχ αἱρέουσι. οἱ μὲν γὰρ τῶν Φωκέων ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνησοῦ ἀνέβησαν· ἔστι δὲ ἐπιτηδέη δέξασθαι ὅμιλον τοῦ Παρνησοῦ ἡ κορυφή, κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη ἐπ' ἑωυτῆς· Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ· ἐς τὴν δὴ ἀνηνείκαντο,*

[80]) Compluria etiam in ipsius invasionis narratione Herodotum Persarumque bellum imitari infra demonstrabitur. cf. cap. III.

Μήδου καὶ Βάκιδι ἐν χρησμοῖς. Βάκις μέν γε Τιθορέας τοὺς ἐνθάδε ἐκάλεσεν ἀνθρώπους. Ἡροδότου δὲ ὁ ἐς αὐτοὺς λόγος ἐπιόντος φησὶ τοῦ βαρβάρου τοὺς ἐνταῦθα οἰκοῦντας ἀναφυγεῖν ἐς τὴν κορυφήν, ὄνομα δὲ Νέωνα μὲν τῇ πόλει, Τιθορέαν δὲ εἶναι τοῦ Παρνασοῦ τῇ ἄκρᾳ. ἔοικεν οὖν ἀνὰ χρόνον πρῶτα μὲν τῇ ἁπάσῃ χώρᾳ, μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπειδὴ ἀνῳκίσθησαν ἀπὸ τῶν κωμῶν, ἐκνικῆσαι καὶ ἐπὶ τῇ πόλει Τιθορέαν μηδὲ ἔτι Νέωνα ὀνομάζεσθαι. καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν· οἱ δὲ πλεῦνες αὐτῶν ἐς τοὺς Ὀζόλας Λοκροὺς ἐξεκομίσαντο, ἐς Ἄμφισσαν πόλιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκεομένην.

Tithoream vel Tithoram[31]), urbem prope Parnassum sitam, commemorans Pausanias de ea differre animadvertit Herodotum et Bacidis vatis oracula. Cum enim hic oraculo Thebanis dato de terra Antiopae busto allata cecinisset 'ἀλλ' ὁπόταν Τιθορεὺς κτλ.'[32]), ita ut totam regionem Tithoreae nomine nuncuparet, apud illum nullum quidem est oppidum Tithorea, vero ipsius vertex montis ita appellatur. Qua de causa Pausanias ita recte rem expedivisse sibi videtur: primum montis cacumen nomen habuisse Tithoream, quod tum Bacidis tempore toti regioni inditum esset; postea autem, cum Neon oppidum reficeretur, hanc Tithoream nominatam esse[33]). „Iam quaerendum videtur, num suo iure haec omnia sibi finxerit Pausanias, ac primum quidem num re vera Tithorea et Neon idem oppidum sint, deinde num recte Herodotum intellexerit periegeta. Quid autem iudicabimus, si testis sane omnium certissimus, utpote qui ipse haud procul a Parnasso monte

---

31) Idem est nomen *Τιθορέα* et *Τιθόρα* (*Τιθόῤῥα*), cf. *στερεός — στεῤῥός*. Tithoram urbem appellant Plutarchus nec non inscriptiones. Pausanias autem de nominis forma cum Herodoto consentit. Stephanus Byzantius in eo quod ante oculos habuit periegeseos exemplo legit *Τιθοραία*.

32) Hanc historiolam iam antea narraverat Pausanias IX. 17, 4 sq.; consuevit enim, si ea quae excerpserat sibi placebant, compluribus locis inserere, ut modo vidimus de solis tabula et de crocodilis.

33) Dirutum enim esse oppidum bello sacro a Philippo Amyntae filio Pausanias cognitum habuit ex auctore illo, cuius libro historico usus est a cap. I—III.

natus sit, Plutarchus Chaeroneensis, aperte repugnet Pausaniae? Dicit enim Sull. 15, 5 sq. *διὰ ταῦτα μὲν ἐς τὴν Βοιωτίαν ἀνέζευξεν ὁ Σύλλας. Ὁρτήσιον δὲ Κάφις, ἡμέτερος ὤν, ἑτέραις ὁδοῖς ψευσάμενος τοὺς βαρβάρους διὰ τοῦ Παρνασοῦ κατήγεν ὑπ' αὐτὴν τὴν Τιθόραν, οὔπω τοσαύτην πόλιν οὖσαν, ὅση νῦν ἐστίν, ἀλλὰ φρούριον ἀποῤῥῶγι κρημνῷ περικοπτόμενον, εἰς ὅ καὶ πάλαι ποτὲ Φωκέων οἱ Ξέρξην ἐπιόντα φεύγοντες ἀνεσκευάσαντο καὶ διεσώθησαν. ἐνταῦθα καταστρατοπεδεύσας Ὁρτήσιος ἡμέρας μὲν ἀπεκρούσατο τοὺς πολεμίους, νύκτωρ δ' ἐπὶ Πατρωνίδα ταῖς δυσχωρίαις καταβὰς ἀπαντήσαντι τῷ Σύλλᾳ μετὰ τῆς δυνάμεως συνέμιξεν.* Eodem igitur loco Hortensium ait castra posuisse, quo Phocenses a Xerxe pulsi confugissent, in oppido nimirum Tithora, quod loci declivitate undique munitum multis fugientibus praesidio esse potuisset.

Quamobrem, si oppidum quantulumcunque erat belli Persici aetate Tithora, idem esse non potuit cum Neone, quod Herodotus praeter Tithoram affert (VIII. 33). Itaque aut Herodotus falsa tradidit aut Pausanias Herodotum male intellexit[34]). Ac profecto respicias Herodoti verba *ἔστι δὲ .... τοῦ Παρνησοῦ ἡ κορυφή, κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη ἐφ' ἑωυτῆς· Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ.* Quid dicere vellent verba *κειμένη ἐφ' ἑωυτῆς*, nisi locum Tithoream nominatum in regione quidem situm esse urbis Neonis, sed ab ea disiunctum per se oppidum vel castellum esse? Quod autem Herodotus pro castello in vertice montis sito vel summo monti applicato montem ipsum dixerit, sane ignosci potest.

Ter igitur hoc loco erravit Pausanias, cum et Herodotum et Bacidem male intelligeret et quae sibi in eorum verbis repugnare viderentur, coniectura expediri posse crederet.

---

[34]) In eandem sententiam abiit N. H. Ulrichsius (*'topographie und inschriften von Tithora'* in museo Rhenano n. s. II p. 547 = *'reisen und forschungen'* II p. 114 sqq.), qui et ipse haec loca vidit, cum summum montem diu defendi posse negaret: Daulide enim esse facillimum huc aditum. Neonem praeterea commemorant Demosthenes XIX p. 148, Androtio apud Harpocrat. s. v. *Νεῶσι* cf. s. v. *Νεών*, Demetrius Scepsius ap. Strab. IX p. 439. Diogenian. ap. Phot. v. *Νεών*. Certe igitur Demetrii aetate (II. saec.) fuit oppidum Neon appellatum, quo iam refutatur Pausaniae de nominis translatione coniectura. Praeterea veri est dissimile a Bacide Tithorenses dictos esse regionis totius neque oppidi Tithoreae incolas, id quod ne Pausanias quidem credidisset nisi coniecturae suae amore.

3. Paus. X. 33, 7 sq. *γῆ δε διακεκριμένως ἀρίστη τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἡ παρὰ τὸν Κηφισὸν καὶ φυτεῦσαι καὶ σπείρειν καὶ ἀνεῖναι νομάς· καὶ γεωργεῖται ταῦτα μάλιστα τῆς χώρας, ὥστε καὶ λόγος ἐστὶ πόλιν μὲν Παραποταμίους μὴ ὀνομασθῆναι, ἐπὶ δὲ τῶν παρὰ τὸν Κηφισὸν γεωργούντων πεποιῆσθαι τὸ ἔπος·*

οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον.

τούτῳ τῷ λόγῳ διάφορα μὲν ἐν τῇ Ἡροδότου συγγραφῇ, διάφορα δέ ἐστιν αὐτῷ καὶ ὅσα ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς Πυθικαῖς μνημονεύουσιν. Ἀμφικτύονες γὰρ Πύθια ἐτίθεσαν πρῶτον, καὶ Αἰχμέας Παραποτάμιος πυγμὴν ἐνίκησεν ἐν παισίν· ὡσαύτως δὲ Ἡρόδοτος καταλέγων τὰς πόλεις ὅσας βασιλεὺς Ξέρξης τῶν ἐν Φωκεῦσιν ἐνέπρησε, καὶ Παραποταμίους κατείλοχεν ἐν αὐταῖς πόλιν. οὐ μέντοι οἱ Παραποτάμιοί γε ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ Βοιωτῶν ἀνῳκίσθησαν, ἀλλὰ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις οἱ ἄνθρωποι κατενεμήθησαν ὑπό τε ἀσθενείας καὶ σπάνει χρημάτων. Παραποταμίων μὲν δὴ οὔτε ἐρείπια ἔτι ἦν οὔτε ἔνθα τῆς χώρας ᾠκίσθη ἡ πόλις μνημονεύουσιν.

Her. VIII. 33. *πορευόμενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηφισὸν ποταμὸν ἐδηίουν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρυμὸν πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδραν καὶ Ἔρωχον καὶ Τεθρώνιον καὶ Ἀμφίκαιαν καὶ Νέωνα καὶ Πεδιέας καὶ Τριτέας καὶ Ἐλάτειαν καὶ Ὑάμπολιν καὶ Παραποταμίους καὶ Ἄβας, ἔνθα ἦν ἱρὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον, θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον· ἦν δὲ καὶ τότε καὶ νῦν ἔτι χρηστήριον αὐτόθι· καὶ τοῦτο τὸ ἱρὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν*[35]). 13

[35]) De Abis eorumque templo incenso v. infra cap. II n. 118.

Parapotamii quo loco stetissent nemo cum posset ostendere[36]), fuerunt qui oppidum fuisse negarent, nec Homerum (B 522) aliud quidquam quam agricolas ad Cephisi ripas habitantes, nullis autem civitatis (*δήμου*) vinculis coactos significasse pro certo affirmarent. Quibus duas opponit causas Pausanias: primum, *ὅτι Ἀμφικτύονες Πύθια ἐτίθεσαν πρῶτον καὶ Αἰχμέας Παραποτάμιος πυγμὴν ἐνίκησεν ἐν παισίν.*

Haec verba, quae chronici modo res enarrant, ex chronologico quodam fonte hausta esse apparet. Tum Herodoti facta mentione, qui inter oppida ab Xerxe deleta Parapotamios quoque referret, addit scriptor postea urbem refectam non esse, cum Athenienses Boeotique argenti penuria coacti restituere noluissent hominesque in singulas Phocidis urbes distribuissent. Itaque post bellum Persarum Parapotamii urbs non fuit? At vide quae idem Pausanias in historica narratione (X. 3, 2 sq.) tradit: *καὶ ἐς ἔδαφος ἁλοῦσαι κατεβλήθησαν τῶν Φωκέων αἱ πόλεις· ἀριθμὸς δὲ ἦν αὐτῶν Λίλαια καὶ .... καὶ Παραποτάμιοι καὶ .... τούτων μὲν δὴ ὄνομα ἦν ἐκ παλαιοῦ, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπῶν ἕνεκα τῶν Ὁμήρου· τὰς δὲ αὐτῶν ἡ στρατιὰ καταπρήσασα ἡ μετὰ Ξέρξου γνωριμωτέρας ἐς τὸ Ἑλληνικὸν ἐποίησεν, Ἐρωχὸν καὶ Χαράδραν καὶ Ἀμφίκλειαν καὶ Νεῶνα καὶ Τιθρώνιον καὶ Δρυμαίαν· αἱ δὲ ἄλλαι .... τὰ πρότερα οὐκ ἐπιφανεῖς ἦσαν, Τραχίς τε .... καὶ Στεῖρις· τότε δὲ* [Ol. 108, 1 = 348] *κατεσκάφησάν τε αἱ κατειλεγμέναι, καὶ ἐς κώμας πλὴν Ἄβας ᾠκίσθησαν αἱ ἄλλαι· .... ἀνὰ χρόνον μέντοι τοῖς Φωκεῦσιν αἱ πόλεις ἀνῳκίσθησαν καὶ ἐς τὰς πατρίδας κατήχθησαν ἐκ τῶν κωμῶν, πλὴν εἰ μὴ ἀνοικισθῆναί τινας ἐκώλυσεν ἀσθένειά τε ἡ ἐξ ἀρχῆς καὶ*

---

[36]) Bello sacro oppidum deletum erat a Philippo, id quod Pausanias in fonte suo historico invenit, cf. X. 3, 2; praeterea tanquam urbem commemorant Strabo IX. 407 (ex Apollodoro); 416; 424 et Steph. Byz. v. *Παραποταμία*. Plutarchus (Sull. 16) cum diceret quidem quo loco steterit urbs, sed Sullae eam aetate iam non extitisse affirmaret, sequitur post bellum sacrum eam refectam non esse. Quare facile declaratur, cur Homeri commentatores alii fuisse urbem Parapotamios contenderint, negaverint alii, cf. schol. *B* 522 (*οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον*] Ven. A: *οὗτοι Ἐπικηφίσιοι λέγονται, ὑπὸ δέ τινων Παραποτάμιοι.* Ven. B: *οἵ* ⟨*αἵ* cod.⟩ *ποτάμιοι* ⟨l. *παραποτάμιοι*⟩ *καλοῦνται· τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα μέτρῳ οὐχ ὑπόκειται*).

ἡ τῶν χρημάτων ἐν τῷ τότε ἔνδεια. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Θηβαῖοι σφᾶς ἦσαν οἱ κατάγοντες, κτλ.

Bello igitur sacro steterunt Parapotamii deletique sunt a Philippo! Quid? nonne iam Xerxes everterat? Ibi ex Herodoto sic narraverat, hic oppida quidem Phocidis nonnulla ab Xerxe deleta esse dicit, sed Parapotamios in eorum numero non refert. Athenienses igitur et Boeoti (ex Amphictionum certe mandato) reficiendas curabant Phocensium urbes, nisi quas propter penuriam non poterant! Quid? nonne id Xerxis iam aetate factum est? Iam quid faciendum est, cum omnia perturbata videantur? Atque hoc quidem certum videtur, urbem ex Persarum ruinis refectam esse, sed denuo bello sacro deletam non resurrexisse. Pausanias igitur X. 3, 2, ubi historicum quendam fontem contraxit, recte fere rem enarravit; postea cum in ipsa periegesi ad Parapotamios veniret, recordatus eorum, quae supra scripserat, eandem narrationem repetivit; sed hic, ubi non summatim de Phocensium historia ageretur, sed de unius tantum oppidi fatis, copiosius auctore suo usus est. Amplius igitur ex fonte suo illustrat locum Homericum, quem X. 3, 2 obiter tantum laudavit; addit chronologicam de Aechmea adnotationem. Deinde cum ei in fonte de oppidis ab Xerxe combustis legenti in memoriam veniret Herodotum inter ea Parapotamios quoque recensere, laudat patrem historiae et temporis non habita ratione statim quae ad secundam pertinebant disturbationem priori adnectit. Perversa igitur ratione Herodotum cum auctore suo historico coniungit; quod autem ne ruinas quidem oppidi dicit iam esse, neque quemquam scire quo steterit loco, certe ex fonte exscripsit; si enim (id quod verbis ἔτι ἦν significare vult) ipse eam regionem vidisset, facile ex Phocensibus locum comperire poterat, cf. Plut. Sull. 16, qui eum accuratissime describit.

4. Paus. X. 33, 9. ταύτην τὴν Ἀμφίκλειαν ἐλυμήναντο οἵ 14
τε ἐπιχώριοι τῷ ὀνόματι, καὶ Ἡρόδοτος μὲν Ἀμφίκαιαν ἐκάλεσεν ἑπόμενος τῷ ἀρχαιοτάτῳ τῶν λόγων, Ἀμφικτύονες δὲ δόγμα ἐπὶ τῇ τῶν πόλεων ἀπωλείᾳ τῶν ἐν Φωκεῦσιν ἐξενεγκόντες ὄνομα ἔθεντο αὐτῇ Ἀμφίκλειαν· sequitur fabula ab Phocensibus de urbe narrata. καὶ ἀπὸ τοῦ δράκοντος ἐκείνου τὴν πόλιν ἐθέλουσιν Ὀφιτείαν ὀνομασθῆναι.

cf. Her. VIII. 33 (verba ad n. 13 exscripta sunt).

De Amphicaea Phocidis urbe eiusque nominis origine fabulam periegeta profert haud raram; saepe enim, neque apud Graecos

tantum, infantes defensos esse ab anguibus illisque simul cum his moriendum esse in fabulis traditur[37]). Ex illa autem fabula (*τῷ ἀρχαιοτάτῳ τῶν λόγων*, ut recte Pausanias monet) ortum est nomen Amphicaea, quod apud Herodotum legimus: nam *τὸ χωρίον ἐοικέναι καὶ ἐς τόδε καιομένῃ πυρᾷ φασί.* Contra decretum Amphictionum de Phocensium urbibus anno Ol. 108, 3 = 346 editum urbem appellat Amphicleam, quamobrem dubitari non potest, quin tempore illo re vera urbi fuerit nomen Amphicleae. Quae cum ita sint, coniiceremus corruptam esse codicum Herodoti lectionem satis antiquo tempore, nisi coniunctum esset nomen illud cum fabula suapte natura summam antiquitatem redolente. Proinde facere non possumus quin, Herodoti tempore homines, memores iam veteris fabellae, urbi Amphicaeae nomen dedisse credamus, quod nomen cum oblivisceretur quid olim significasset, populi ore mutatum esse in appellationem magis perspicuam atque ad vulgarem popularemque sensum accommodatam, quae postea publice quoque recepta esset. Sed nova huc accedit difficultas tertio nomine, Ophitea, quod nomen eodem modo cohaerere cum loci fabula, quo Amphicaea, apertum est. At quamquam duplex urbis appellatio alias quoque invenitur (Corinthus = Ephyra, Athenae = Cecropia) tamen eodem tempore duobus nominibus ex eadem fabula ortis homines usos esse credi non potest. Immo vero illud verisimile nobis videtur, nomen urbis publice probatum Amphicaeam fuisse, Ophiteae autem urbi datum esse nomen in mysteriis Dionysiis ibi celebratis (cf. Paus. X. 33, 11): quomodo anguis omnino deos terrestres significat, sic apud Amphicaeenses coniunctus videtur esse cum sacris Dionysiis[38]), ideoque urbs ipsa mystice ab angue nomen accepisse.

5. Paus. X. 33, 12. *ἀπέχει δὲ Ἀμφικλείας ἡ Δρυμαία σταδίους ὀγδοήκοντα ἀποτραπέντι ἐς ἀριστεράν, [καλουμένη καὶ Δρυμὸς[39])] κατὰ Ἡροδότου τοὺς λόγους, Ναυβολεῖς δὲ τὰ ἀρχαιότερα.* cf. Her. VIII. 33. (v. n. 13.)

[37]) Satis videtur Erichthonium Helenumque commemorare (cf. etiam Germanorum de anguibus fabulas, e. g. L. Bechstein '*neues deutsches märchenbuch*' Vindobon. 1866 p. 11 sqq.; 162 sqq.; 280 sqq.) ubicunque autem haec narrantur, coniuncti esse aliquo modo infantes illi videntur cum diis inferis. Praesertim pristini temporis reges talibus fabellis tanquam terra geniti celebrari solent; praeterea etiam vates, partem certe artis suae ab inferis derivantes.

[38]) cf. Prelleri mythologiam Graecam I[3] p. 577 sq.

[39]) Perplacet coniectura Buttmanni, qui verbis *καλουμένη καὶ Δρυμὸς* insertis lacunam iam ab Sylburgio notatam explere conatus est. Tamen eam

Pausanias cum hoc loco nihil nisi variam lectionem ex Herodoto adnotet, verba ipsa commentarium non desiderant.

Intelleximus igitur universa locorum serie perspecta semper fere Pausaniam quae in fontibus suis legisset, cum Herodoto comparare, quem in libro I. ter, II. ter, III. bis, IV. semel, V. semel, X. quinquies laudavit. Iam vero quaerendum videtur, num aliis quoque locis occulta Herodoti vestigia in periegetae libris deprehendi possint.

II.

HERODOTUS A PAUSANIA EXSCRIPTUS.

Quaestionem ita instituemus, ut primum consideretur, quomodo in rebus enarrandis Herodoto usus sit periegeta, deinde afferantur ea quae in sententiis conformandis studia eius Herodotea illustrare possint.

Hoc igitur capite quoniam Herodoti usum quantum quidem in rebus referendis eluceat exponere velim, primum ubi plane exscripserit Herodotum Pausanias, tum ubi Herodoti auxilio in alius fontis fidem inquirat, deinde ubi Herodoti traditionem cum aliis coniungere studeat, deinde ubi alius fontis auxilio in Herodoti fidem inquirat, postremum ubi breviter tantum ad Herodoti locum alludat, demonstrandum videtur.

A. Herodotus plane exscribitur his locis:

1. Paus. I. 1,2. *ὁ δὲ Πειραιεὺς δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ, πρότερον δὲ πρὶν ἢ Θεμιστοκλῆς Ἀθηναίοις ἦρξεν, ἐπίνειον οὐκ ἦν· Φάληρον δέ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἡ θάλασσα, τοῦτό σφισιν ἐπίνειόν ἦν.*	Her. VI. 116. *οἱ δὲ βάρβαροι τῇσι νηυσὶ ὑπεραιωρηθέντες Φαλήρου, τοῦτο γὰρ ἦν ἐπίνειον τότε τῶν Ἀθηναίων, ... ἀπέπλεον.* 1

Δῆμος a Pausania non tribus, sed quilibet vicus dicitur. Quin verba ex Herodoto oriunda sint, nemo dubitabit. In Attico

(quamquam de sensu dubitari non potest) scriptoris verbis non inseruissem nisi perspicuitatis causa lacunam evitandam esse censuissem, quoniam hoc loco non de verbis sed de re ipsa agitur. Valckenaerii autem transpositio audacior est quam felicior.

suo fonte ab Themistocle Piraeum portum Athenarum factum esse periegeta invenit. Iam quaerere cum coepisset, quisnam antea fuerit portus, cognovissetque ex Herodoto suo Phalerum, collegit duas mythici aevi expeditiones transmarinas Menesthei Theseique Phalero profectos esse.

2 2. Paus. I. 1, 5. *ἀπέχει δὲ σταδίους εἴκοσιν ἄκρα Κωλιάς· ἐς ταύτην φθαρέντος τοῦ ναυτικοῦ τοῦ Μήδων κατήνεγκεν ὁ κλύδων τὰ ναυάγια.*

Her. VIII. 96. *τῶν δὲ ναυηγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ἄνεμος ζέφυρος ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἠϊόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα.*

Recte Leakius (*'att. demen'* p. 209) monuit aliis quoque locis certe navium fragmenta appulsa esse, Coliadem autem promontorium ab Herodoto ideo commemorari solum, ut Lysistrati vaticinatio illustraretur. Quodsi etiam Strabo IX, 398 aperte Herodoto usus est, Pausanias quoque, cum et ipse Coliada solam commemoraret, Herodotum videtur adhibuisse.

3 3. Paus. I. 5, 1. (de Clisthenis legibus) = Her. V. 66, cf. cap. I. n. 1.

4 4. Paus. I, 18, 2. *ὑπὲρ δὲ τῶν Διοσκούρων τὸ ἱερὸν Ἀγλαύρου τέμενός ἐστιν. . . . . . . κατὰ τοῦτο ἐπαναβάντες Μῆδοι κατεφόνευσαν Ἀθηναίων τοὺς πλέον ἐς τὸν χρησμὸν ἢ Θεμιστοκλῆς εἰδέναι νομίζοντας καὶ τὴν ἀκρόπολιν ξύλοις καὶ σταυροῖς ἀποτειχίσαντας.*

Her. VIII. 53. *ἔμπροσθε ὦν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου, τῇ δὴ οὔτε τις ἐφύλασσε οὔτ' ἂν ἤλπισε μή κοτέ τις κατὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου, καίτοι περ ἀποκρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς ἀναβεβηκότας οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, οἱ μὲν . . . . . . διεφθείροντο, οἱ δὲ . . . . . . κατέφευγον. τῶν δὲ Περσέων οἱ ἀναβεβηκότες πρῶτον μὲν ἐτράποντο πρὸς τὰς πύλας, ταύτας δὲ ἀνοίξαντες τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον.*

verba *τοὺς πλέον — ἀποτειχίσαντας* respiciunt ad Her. VIII. 51. *καὶ αἱρέουσι ἔρημον τὸ ἄστυ, καί τινας ὀλίγους εὑρίσκουσι τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ ἱρῷ ἐόντας, ταμίας τε τοῦ ἱροῦ καὶ*

πένητας ἀνθρώπους, οἳ φραξάμενοι τὴν ἀκρόπολιν θύρησί τε καὶ ξύλοισι ἠμύνοντο τοὺς ἐπιόντας, ἅμα μὲν ὑπ' ἀσθενείης βίου οὐκ ἐκχωρήσαντες ἐς Σαλαμῖνα, πρὸς δὲ αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήϊον τὸ ἡ Πυθίη σφι ἔχρησε, τὸ ξύλινον τεῖχος ἀνάλωτον ἔσεσθαι αὐτὸ δὴ τοῦτο εἶναι τὸ κρησφύγετον κατὰ τὸ μαντήϊον καὶ οὐ τὰς νέας.

5. Paus. I. 19, 3. *λέγεται δὲ ὅτι καὶ Τερμίλαις, ἐς οὓς ἦλθεν ὁ Λύκος φεύγων Αἰγέα, καὶ τούτοις* (sicut Apollini) *αἴτιός ἐστι Λυκίους ἀπ' αὐτοῦ καλεῖσθαι.*

Her. I. 173 narrat quam nunc Lycii habitarent terram olim Milyada dictam, Milyas autem Solymos appellatos esse. *τέως μὲν δὴ αὐτῶν Σαρπηδὼν ἦρχε, οἳ δὲ ἐκαλέοντο τό πέρ τε ἠνείκαντο οὔνομα καὶ νῦν ἔτι καλέονται ὑπὸ τῶν περιοίκων οἱ Λύκιοι, Τερμίλαι· ὡς δὲ ἐξ Ἀθηνέων Λύκος ὁ Πανδίονος, ἐξελασθεὶς καὶ οὗτος ὑπὸ τοῦ ἀδελφεοῦ Αἰγέος, ἀφίκετο ἐς τοὺς Τερμίλας παρὰ Σαρπηδόνα, οὕτω δὴ κατὰ τοῦ Λύκου τὴν ἐπωνυμίην Λύκιοι ἀνὰ χρόνον ἐκλήθησαν.* 5

VII. 92. *Λύκιοι δὲ Τρεμίλαι ἐκαλέοντο ἐκ Κρήτης γεγονότες, ἐπὶ δὲ Λύκου τοῦ Πανδίονος ἀνδρὸς Ἀθηναίου ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην.*

Praeter Pausaniam Strabo quoque his Herodoti verbis usus est XII. 573, ubi eius auctoritatem laudat, et XIV. 667, ubi eum ab Homero dissentire animadvertit; non solum Homerus de Lyciis alia tradidit, verum etiam ipse Herodoti avunculus Panyasis, qui a Tremile quodam mythico rege nomen Tremilas derivavit (cf. Steph. Byz. v. *Τρεμίλη*.). Herodotus autem in hac quaestione Hecataeum forsitan secutus sit, quem quidem Tremilarum in genealogiarum libro quarto fecisse mentionem eademque usum esse nominis conformatione *Τρεμίλαι* ex eodem Stephano Byzantio discimus; ceteroqui nominis forma erat *Τρεμιλεῖς* [40]. Animadvertendum praeterea videtur Pausaniam verbo *λέγεται* uti, tanquam audiendo rem accepisset.

[40]) cf. praeterea Melam I. 80 et Siebelisium in diario litterar. Halensi 1839, p. 232.

6 6. Paus. I. 28,4. * * * [41]) ὡς πεμφθείη Φιλιππίδης ἐς Λακεδαίμονα ἄγγελος ἀποβεβηκότων Μήδων ἐς τὴν γῆν, ἐπανήκων δὲ Λακεδαιμονίους ὑπερβαλέσθαι φαίη τὴν ἔξοδον· εἶναι γὰρ δὴ νόμον αὐτοῖς μὴ πρότερον μαχουμένους ἐξιέναι πρὶν ἢ πλήρη τὸν κύκλον τῆς σελήνης γενέσθαι. τὸν δὲ Πᾶνα ὁ Φιλιππίδης ἔλεγε περὶ τὸ ὄρος ἐντυχόντα οἱ τὸ Παρθένιον, φάναι τε ὡς εὔνους Ἀθηναίοις εἴη καὶ ὅτι ἐς Μαραθῶνα ἥξει συμμαχήσων. οὗτος μὲν ὁ θεὸς ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἀγγελίᾳ τετίμηται. cf. n. 115.

Her. VI. 105 sq. ἀποπέμπουσι ἐς Σπάρτην κήρυκα Φειδιππίδην[42]), Ἀθηναῖον μὲν ἐόντα, ἄλλως δὲ ἡμεροδρόμον τε καὶ τοῦτο μελετῶντα· τῷ δή, ὡς αὐτός τε ἔλεγε Φειδιππίδης καὶ Ἀθηναίοισι ἀπήγγελλε, περὶ τὸ Παρθένιον ὄρος τὸ ὑπὲρ Τεγέης ὁ Πᾶν περιπίπτει. βώσαντα δὲ τὸ οὔνομα τοῦ Φειδιππίδεω τὸν Πᾶνα Ἀθηναίοισι κελεῦσαι ἀπαγγεῖλαι, δι' ὅτι ἑωυτοῦ οὐδεμίαν ἐπιμελείην ποιεῦνται ἐόντος εὐνόου Ἀθηναίοισι καὶ πολλαχοῦ γενομένου σφι ἤδη χρησίμου, τὰ δ' ἔτι καὶ ἐσομένου· καὶ ταῦτα μὲν Ἀθηναῖοι καταστάντων σφι εὖ ἤδη τῶν πραγμάτων, πιστεύσαντες εἶναι ἀληθέα ἱδρύσαντο ὑπὸ τῇ ἀκροπόλι Πανὸς ἱρόν. . . . . . . τοῖσι (Spartanis sc.) δὲ ἕαδε μὲν βοηθέειν Ἀθηναίοισι, ἀδύνατα δέ σφι ἦν τὸ παραυτίκα ποιέειν ταῦτα, οὐ βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον· ἦν γὰρ ἱσταμένου μηνὸς εἰνάτη, εἰνάτῃ δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου.

Herodoti igitur verba satis obscura ita interpretatus est Pausanias, ut nunquam apud Lacedaemonios fas esse ante lunam plenam proficisci putaret, cf. schol. Aristoph. Ach. 84. Plut. mor. 861. Sed recte Steinius monuit neque extitisse hanc legem

---

41) Lacuna expleta est in margine codicis Pa verbis ἐνταῦθα καὶ τοῦ Πανὸς ἱερόν. Ante Schubarti edit. min. legebatur cum Musuri interpolatione: περὶ δὲ τοῦ Πανός φασιν ὡς πεμφθείη.

42) Φιλιππίδην Vaticanus Herodoti; eandem nominis formam legerunt schol. Clem. Alex. prot. p. 111 Klotz. schol. Aristid. panath. p. 216 a Frommel.

nec dici apud Herodotum ab Lacedaemoniis primo mensis dimidio exercitus ad pugnam dimissos non esse. Immo vero hic inde ab nono die usque ad decimum quintum eos domi mansisse narrat, neque illud quidem ad omnes menses referendum est, sed ad Carneum tantum mensem, quo ab die VII. usque ad XV. Apollinis sollemnia celebrabantur Carnei. Carneo autem mense (Atticorum Metagitnione) pugnam Marathoniam commissam esse ab Boeckhio demonstratum est[48]). Ceterum vide quam diligenter aliis verbis utitur quam Herodotus: *ἐς Λακεδαίμονα* — *ἐς Σπάρτην· ἄγγελον* — *κήρυκα ἡμεροδρόμον· πρὶν ἢ πλήρη τὸν κύκλον τῆς σελήνης γενέσθαι* — *μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου· ἐντυγχάνει* — *περιπίπτει*.

7. Paus. II. 30, 4 (de Auxesia et Damia) = Her. V. 82—84, 7
cf. cap. I. n. 6.

8. Paus. IV. 35,9. *γλαυκότατον μὲν οἶδα ὕδωρ θεασάμενος τὸ ἐν Θερμοπύλαις, ου τί που πᾶν, ἀλλ' ὅσον κάτεισιν εἰς τὴν κολυμβήθραν, ἥντινα ὀνομάζουσιν οἱ ἐπιχώριοι Χύτρους γυναικείους.*	Her. VII. 176. *ἔστι δὲ ἐν τῇ ἐσόδῳ θερμὰ λουτρά, τὰ Χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι.* 8

Κολυμβήθρας illas cum ab Herode Attico demum aedificatas esse apud Philostratum legamus vit. soph. II. 5, Pausaniam ex sua ipsius memoria eas attulisse credendum est; sed ne hoc quidem loco Herodoti sui oblitus est periegeta: cuius verba secutus in usum suum ea convertere studuit.

9. Paus. IV. 35,10. *τὰ δὲ Ἄστυρα ἀπαντικρὺ Λέσβου λουτρά ἐστι θερμὰ ἐν τῷ Ἀταρνεῖ καλουμένῳ. τὸ δὲ χωρίον ἐστὶν ὁ Ἀταρνεὺς ὁ Χίων μισθός, ὃν παρὰ τοῦ Μήδου λαμβάνουσιν, ἄνδρα ἐκδόντες ἱκέτην, Πακτύην τὸν Λυδόν.* cf. epimetrum II.	Her. I. 160. *Κυμαῖοι γὰρ ὡς ἔμαθον ταῦτα πρησσόμενα ἐκ τῶν Μυτιληναίων, πέμψαντες πλοῖον ἐς Λέσβον ἐκκομίζουσι Πακτύην ἐς Χίον. ἐνθεῦτεν δὲ ἐξ ἱροῦ Ἀθηναίης πολιούχου ἀποσπασθεὶς ὑπὸ Χίων ἐξεδόθη. ἐξέδοσαν δὲ οἱ Χῖοι ἐπὶ τῷ Ἀταρνέϊ μισθῷ· τοῦ δὲ Ἀταρνέος τούτου ἐστὶ χῶρος τῆς Μυσίης, Λέσβου ἀντίος.* 9

48) A. Boeckh, '*zur geschichte der mondcyclen der Hellenen*'. Lips. 1855. p. 65. cf. E. Curtii historiam Graecam II. p. 799.

10 10. Paus. V. 5, 2. *θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν τῇ γῇ τῇ Ἠλείᾳ τήν τε βύσσον, ... καὶ ὅτι ἐν τῇ ὑπερορίᾳ καὶ οὐκ ἐντὸς τῆς χώρας αἱ ἵπποι σφίσιν ἐκυΐσκον ἐκ τῶν ὄνων. καὶ τούτου μὲν κατάραν τινὰ ἐλέγετο γενέσθαι τὸ αἴτιον.* cf. n. 103.

Her. IV. 30. *θωυμάζω δὲ ὅτι ἐν τῇ Ἠλείῃ πάσῃ χώρῃ οὐ δυνέαται γίνεσθαι ἡμίονοι, οὔτε ψυχροῦ τοῦ χώρου ἐόντος οὔτε ἄλλου φανεροῦ αἰτίου οὐδενός· φασὶ δὲ αὐτοὶ Ἠλεῖοι ἐκ κατάρης τευ οὐ γίνεσθαι σφίσι ἡμιόνους· ἀλλ' ἐπεὰν προσίῃ ἡ ὥρη κυΐσκεσθαι τὰς ἵππους, ἐξελαύνουσι ἐς τοὺς πλησιοχώρους αὐτάς, καὶ ἔπειτά σφι ἐν τῇ τῶν πέλας ἐπιεῖσι τοὺς ὄνους, ἐς ὃ ἂν σχῶσι αἱ ἵπποι ἐν γαστρί· ἔπειτα δὲ ὀπίσω ἀπελαύνουσι.*

Pausanias quamquam aperte ad Herodotum respexit, tamen verbo utitur *ἐλέγετο*, quasi non ab auctore suo adamato, sed ab ipsis Eleis sibi traditum esset.

11 11. Paus. VII. 3, 7. *εἰσὶ γὰρ δὴ καὶ οἱ Πάμφυλοι τῶν μετὰ ἅλωσιν Ἰλίου πλανηθέντων σὺν Κάλχαντι.* cf. O. Pfundtner Fl. ann. l. l.

Her. VII. 91. *οἱ δὲ Πάμφυλοι οὗτοι εἰσὶ τῶν ἐκ Τροίης ἀποσκεδασθέντων ἅμα Ἀμφιλόχῳ καὶ Κάλχαντι.*

12 12. Paus. VIII. 22, 3. *οὗτος ἐς χάσμα γῆς κάτεισιν ὁ ποταμός* (Stymphelus scilicet), *ἀναφαινόμενος δὲ αὖθις ἐν τῇ Ἀργολίδι μεταβάλλει τὸ ὄνομα, καὶ αὐτὸν ἀντὶ Στυμφήλου καλοῦσιν Ἐρασῖνον.*

Paus. II. 24, 6. (*Χάον ὄρος.*) *ὑπὸ δὲ αὐτῷ δένδρα πέφυκεν ἥμερα, καὶ ἄνεισι τοῦ Ἐρασίνου φανερὸν ἐνταῦθα δὴ τὸ ὕδωρ· τέως δὲ ἐκ Στυμφάλου ῥεῖ τῆς Ἀρκάδων.*

Her. VI. 76. *ἐπείτε δὲ στρατιώτας ἄγων ἀπίκετο ἐπὶ ποταμὸν Ἐρασῖνον, ὃς λέγεται ῥέειν ἐκ τῆς Στυμφαλίδος λίμνης· τὴν γὰρ δὴ λίμνην ταύτην ἐς χάσμα ἀφανὲς ἐκδιδοῦσαν ἀναφαίνεσθαι ἐν Ἄργεϊ, τὸ ἐνθεῦτεν δὲ τὸ ὕδωρ ἤδη τοῦτο ὑπ' Ἀργείων Ἐρασῖνον καλέεσθαι.*

Profecto aliunde petere potuit rem apud veteres satis notam[44]) periegeta, sed si contuleris quae in Corinthiacis Herodoti immemor de Erasino dixit cum iis quae in Arcadicis, ubi non *χάσμα* commemorat Herodoteum, verum etiam verbis *ἀναφαίνεσθαι ἐν τῇ Ἀργολίδι* utitur, esse aliqua ratione coniuncta Pausaniae verba VIII. 22, 3 cum Her. VI. 76 intelliges. Ne id quidem opponi potest, quibusnam aliis verbis idem potuerit dicere periegeta: prorsus enim aliter idem expressit Strabo.

13. Paus. IX. 1,3. *Πλαταιεῦσι* 13
δὲ πρὸ μὲν τῆς μάχης ἣν Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι ἐμαχέσαντο οὐδὲν ὑπῆρχεν ἐς δόξαν· μετασχόντες δὲ τοῦ Μαραθῶνι ἀγῶνος, ὕστερον καταβεβηκότος ἤδη Ξέρξου καὶ ἐς τὰς ναῦς ἐτόλμησαν μετ' Ἀθηναίων ἐσβῆναι, Μαρδόνιον δὲ τὸν Γωβρύου Ξέρξη στρατηγοῦντα ἠμύνοντο ἐν τῇ σφετέρᾳ.

Her. VI. 108.

Her. VIII. 1. *ὑπὸ δὲ ἀρετῆς τε καὶ προθυμίης Πλαταιέες, ἄπειροι τῆς ναυτικῆς ἐόντες, συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας·* cf. Demosth. in Neaer. p. 740 et Valckenaerium ad Her. l. l.

Her. IX. 58—75.

14. Paus. IX. 2, 2. *καὶ ὅτι μὲν εὐθὺς ἦν μετὰ τὴν μάχην ἀφανὴς ὁ Μαρδονίου νεκρός, ἔστιν ὡμολογημένον· τὸν δὲ θάψαντα οὐ κατὰ ταὐτά, ὅστις ἦν, λέγουσι. φαίνεται δὲ Ἀρτόντης ὁ Μαρδονίου πλεῖστα μὲν δοὺς Διονυσοφάνει δῶρα ἀνδρὶ Ἐφεσίῳ, δοὺς μέντοι καὶ ἄλλοις Ἰώνων ὡς οὐδὲ ἐκείνοις ἀμελὲς γενόμενον ταφῆναι Μαρδόνιον.*

Her. IX. 84. *ἐπείτε δὲ Μαρ-* 14
δονίου δευτέρῃ ἡμέρῃ ὁ νεκρὸς ἠφάνιστο, ὑπ' ὅτευ μὲν ἀνθρώπων τὸ ἀτρεκὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν, πολλοὺς δέ τινας ἤδη καὶ παντοδαποὺς ἤκουσα θάψαι Μαρδόνιον, καὶ δῶρα μεγάλα οἶδα λαβόντας πολλοὺς παρὰ Ἀρτόντεω τοῦ Μαρδονίου παιδὸς διά τοῦτο τὸ ἔργον. ὅστις μέντοι ἦν αὐτῶν ὁ ὑφελόμενός τε καὶ θάψας τὸν νεκρὸν τὸν Μαρδονίου, οὐ δύναμαι ἀτρεκέως πυθέσθαι, ἔχει δέ τινα φάτιν καὶ Διονυσοφάνης ἀνὴρ Ἐφέσιος θάψαι Μαρδόνιον.

[44]) Senec. Nat. Quaest. III. 26. Plin. H. 225. Strab. VIII. p. 371.

Memoria dignum videtur, ex Herodoti *δευτέρῃ ἡμέρῃ* apud Pausaniam fieri *εὐθὺς μετὰ τὴν μάχην*[45]).

15 15. Paus. IX. 4, 3. *τὴν δὲ κρήνην τὴν Γαργαφίαν Μαρδόνιος καὶ ἡ ἵππος συνέχεεν ἡ Περσῶν, ὅτι τὸ Ἑλλήνων στράτευμα τὸ ἀντικαθήμενόν σφισιν ἀπ' αὐτῆς ἔπινεν. ὕστερον μέντοι τὸ ὕδωρ ἀνεσώσαντο οἱ Πλαταιεῖς.*

Her. IX. 49. *Μαρδόνιος ...... ἐπῆκε τὴν ἵππον ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. ὡς δὲ ἐπήλασαν οἱ ἱππόται, ..., τήν τε κρήνην τὴν Γαργαφίην, ἀπ' ἧς ὑδρεύετο πᾶν τὸ στράτευμα τὸ Ἑλληνικόν, συνετάραξαν καὶ συνέχωσαν.*

16 16. Paus. IX. 4, 4. *ἀποκρίνει δὲ καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τῆς Θηβαίων τὴν Πλαταιΐδα ὁ Ἀσωπός*, cf. IX. 6, 1.

II. 6, 1. *Ἀσωποῦ θυγατέρα, ὃς τὴν Θηβαΐδα καὶ Πλαταιΐδα ὁρίζει.*

Her. VI. 108. *ὑπερβάντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς οἱ Κορίνθιοι ἔθηκαν Πλαταιεῦσι εἶναι οὔρους, τούτους ὑπερβάντες τὸν Ἀσωπὸν αὐτὸν ἐποιήσαντο οὖρον Θηβαίοισι πρὸς Πλαταιέας εἶναι καὶ Ὑσιάς.*

Respicere verba *καὶ νῦν ἔτι* ad Herodoti narrationem luce clarius est.

17 17. Paus. IX. 4, 4. *ἐκ Πλαταίας δὲ ἰοῦσιν ἐς Θήβας ποταμός ἐστιν Ὠερόη· θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Ὠερόην τοῦ Ἀσωποῦ λέγουσι.*

Her. IX. 51. *σχιζόμενος ὁ ποταμὸς ἄνωθεν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ῥέει κάτω ἐς τὸ πεδίον, διέχων ἀπ' ἀλλήλων τὰ ῥέεθρα ὅσον περ τρία στάδια, καὶ ἔπειτα συμμίσγει ἐς τὠυτό. οὔνομα δέ οἱ Ὠερόη. θυγατέρα δὲ ταύτην λέγουσι εἶναι Ἀσωποῦ οἱ ἐπιχώριοι.*

---

[45]) Facere non possum quin hoc loco pauca addam de Arimnesto vel Aimnesto (*Ἀειμνήστῳ*), quem a partibus Graecorum hac pugna excelluisse omnes nobis tradunt. Herodotus enim IX. 64 ab Aimnesto Spartano Mardonium occisum esse dicit, et praeterea Callicratem Lacedaemonium cum vulnus mortiferum accepisset, ultima verba cum Arimnesto Plataeensi locutum esse. Contra Pausanias IX. 4, 2; Plut. Aristid. 11 Arimnestum Plataeensium ducem dicunt, Thucydides autem Plataeensem *Ἀείμνηστον πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων* III. 52 cives suos defendisse narrat in iudicio illo turpissimo ab Lacedaemoniis Ol. 88, 2 = 427 Plataeis expugnatis instituto. Quos omnes unum eundemque esse vel Aïmnestum vel Arimnestum coniecerim. Herodotus autem facile errare potuit et *πρόξενον Λακεδαιμονίων*

18. Paus. IX. 23, 6. *καί ποτε ἄνδρα Εὐρωπέα, ὄνομα δέ οἱ εἶναι Μῦν, τοῦτον ἀποσταλέντα ὑπὸ Μαρδονίου τὸν Μῦν ἐπερέσθαι τε φωνῇ τῇ σφετέρᾳ, καί οἱ χρῆσαι τὸν θεὸν οὐχ ἑλληνίσαντα οὐδὲ αὐτὸν διαλέκτῳ τῇ Καρικῇ.* 18

Sumta haec sunt ex Her. VIII. 133—135.

19. Paus. X. 13, 9. *ἐν κοινῷ δὲ ἀνέθεσαν ἀπὸ ἔργου τοῦ Πλαταιᾶσιν οἱ Ἕλληνες χρυσοῦν τρίποδα δράκοντι ἐπικείμενον χαλκῷ. ὅσον μὲν δὴ χαλκὸς ἦν τοῦ ἀναθήματος, σῷον καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι ἦν· οὐ μέντοι κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὸν χρυσὸν οἱ τῶν Φωκέων ὑπελίποντο ἡγεμόνες.*

Her. IX. 81. *δεκάτην ἐξελόντες τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ, ἀπ' ἧς ὁ τρίπους ὁ χρύσεος ἀνετέθη ὁ ἐπὶ τοῦ τρικαρήνου ὄφιος τοῦ χαλκέου ἐπεστεὼς ἄγχιστα τοῦ βωμοῦ.* 19

Unum tantum serpentem esse tricipitem in Herodoto legit Pausanias, at si ipse accurate monumentum inspexisset, intellecturus fuisset tres serpentes esse sollertissimo artificio in unum complicatos. Quod usque ad nostram aetatem[46]) viros doctos fugisse mirum non est, cum Herodoti Pausaniaeque consensu deciperentur.

B. Aliorum fides Herodoti auxilio examinatur,

ac primum quidem ad eorum auctoritatem confirmandam:

1. Paus. I. 2, 3. *συνῆσαν δὲ ἄρα καὶ τότε τοῖς βασιλεῦσι ποιηταί, καὶ πρότερον ἔτι καὶ Πολυκράτει Σάμου τυραννοῦντι Ἀνακρέων παρῆν.*

Her. III. 121. (*λέγουσι*) *καὶ τὸν Πολυκράτεα τυχεῖν κατακείμενον ἐν ἀνδρεῶνι, παρεῖναι δέ οἱ καὶ Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον.* 20

Invenerat Pausanias in Attico suo fonte Euripidis cenotaphium tantum Athenis extare, cum ipsum corpus poëtae ab rege Archelao

Lacedaemonium et ipsum facere (praeterea eius verba *ἀνδρὸς ἐν Σπάρτῃ λογίμου* Lacedaemonium designare necesse non est). Quod autem Bekkerus eumque secutus Schubartus in utraque editione ex Arimno Tyrrhenorum rege (Paus. V. 12, 5) Arimnestum fecerunt, hoc sane coniecturam non esse, sed arbitrium Siebelisius (*Hall. lit. ztg.* 1839 p. 232) recte monuit. Praeterea nulla est causa cur inseri iubeat Kayserus in Fleckeis. annal. 70 p. 424 Aimnesti nomen in Pausaniae locum I. 27, 1.

[46]) Anno nostri aevi CIƆIƆCCCLVI Frickius et Dethierus diligenter columnam inspexerunt Byzantii in loco quodam *Atmeidan* vocato collocatam, cf. Fleckeis. annal. suppl. III. p. 487 sqq.; ceterum columnae ectypon gypseum in museo extat Berolinensi.

arcessiti sepultum esset in Macedonia; quod ut lectoribus probabilius redderet, magnam exemplorum enumerat seriem quibus illustretur moris esse regum, ut poëtis familiariter uterentur. Quorum in numero Anacreontem quoque ex Herodoto affert; neque enim affert ex memoria, quoniam verbo quod est *παρεῖναι*, ab Herodoto alio sensu adhibito et ipse utitur.

21 2. Paus I. 14, 6. *τὸ δὲ ἄγαλμα ὁρῶν τῆς Ἀθηνᾶς γλαυκοὺς ἔχον τοὺς ὀφθαλμούς, Λιβύων τὸν μῦθον ὄντα εὕρισκον* (in Herodoto meo videlicet). *τούτοις γάρ ἐστιν εἰρημένον Ποσειδῶνος καὶ λίμνης Τριτωνίδος θυγατέρα εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο γλαυκοὺς εἶναι ὥσπερ καὶ τῷ Ποσειδῶνι τοὺς ὀφθαλμούς.*	Her. IV. 180. *τὴν δὲ Ἀθηναίην φασὶ* (sc. *οἱ Λίβυες*) *Ποσειδέωνας εἶναι θυγατέρα καὶ τῆς Τριτωνίδος λίμνης, καί μιν μεμφθεῖσάν τι τῷ πατρὶ δοῦναι ἑωυτὴν τῷ Διί, τὸν δὲ Δία ἑωυτοῦ μιν ποιήσασθαι θυγατέρα*[47]).

Minervam ad Tritonida paludem vel fluvium natam esse quamquam permulti tradiderunt, tamen omnes Jovis filiam eam dicunt, quae quomodo facta sit, variantur sententiae: soli Herodotus et Pausanias Neptuni filiam eam haberi voluerunt, — ille nihil nisi Libyum verba protulit, hic quin proprium aliquid sibi fingeret facere non potuit; derivare igitur conatus est cognomen *γλαυκῶπις* ab Neptuni caeruleis oculis, ut declararet, cur Minervae simulacrum in Vulcani templo collocatum caeruleos haberet oculos. Hic igitur monumentum interpretatur causasque cur ita sit confectum exponit Herodoti auxilio.

22 3. Paus. I. 43, 1. (de Iphigenia Taurorum dea) = Her. IV. 103. Herodotus laudatur ad Hesiodi fidem confirmandam. cf. cap. I. n. 3.

23 4. Paus. VIII. 37, 6. *Δήμητρος δὲ Ἄρτεμιν θυγατέρα εἶναι καὶ οὐ Λητοῦς, ὄντα Αἰγυπτίων τὸν λόγον Αἰσχύλος ἐδίδαξεν Εὐφορίωνος τοὺς Ἕλληνας.*	Her. II. 156. *ἐκ τούτου δὲ τοῦ λόγου* (Aegyptiorum) *καὶ οὐδενὸς ἄλλου Αἰσχύλος ὁ Εὐφορίωνος ἥρπασε τὸ ἐγὼ φράσω, μοῦνος δὴ ποιητέων τῶν προγενομένων· ἐποίησε γὰρ Ἄρτεμιν εἶναι θυγατέρα Δήμητρος.*

[47]) cf. Theodori Bergkii commentationem '*die geburt der Athene*' in Fleckeis. ann. 81 (1860) p. 289 sqq. scriptam.

Iterum ad monumentum interpretandum Herodoti auctoritas adhibetur. Ita enim illustrantur simulacra Cereris Despoenae Dianae collocata ante templum Dianae Acacesii exstructum.

Alii fontes ex Herodoto refutantur:

5. Paus. I. 27, 1. ἀναθήματα δὲ ὁπόσα ἄξια λόγου, τῶν μὲν ἀρχαίων ....., λάφυρα δὲ ἀπὸ Μήδων Μασιστίου θῶραξ, ὅς εἶχεν ἐν Πλαταιαῖς τὴν ἡγεμονίαν τῆς ἵππου, καὶ ἀκινάκης Μαρδονίου λεγόμενος εἶναι. Μασίστιον μὲν δὴ τελευτήσαντα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἶδα ἱππέων· Μαρδονίου δὲ μαχεσαμένου Λακεδαιμονίοις ἐναντία καὶ ὑπὸ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου πεσόντος οὐδ' ἂν ὑπεδέξαντο ἀρχήν, οὐδὲ ἴσως Ἀθηναίοις παρῆκαν φέρεσθαι Λακεδαιμόνιοι τὸν ἀκινάκην.

Her. IX. 20. Μαρδόνιος 24
δὲ ...... πέμπει ἐς αὐτοὺς πᾶσαν τὴν ἵππον, τῆς ἱππάρχεε Μασίστιος εὐδοκιμέων παρὰ Πέρσησι.

22. ἐντὸς θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτόν, ... τύπτοντες δὲ ἐς τὸν θώρηκα ἐποίευν οὐδέν.

64. ἀποθνήσκει δὲ Μαρδόνιος ὑπὸ Ἀειμνήστου ἀνδρὸς ἐν Σπάρτῃ λογίμου.

Vidit Athenis periegeta inter pugnae Plataeensis spolia etiam loricam Masistii Mardoniique acinacem; sic enim vulgo tradebatur, esse Masistii et Mardonii spolia. Tamen Pausaniae caute dubitanti illud quidem probabile visum est, hoc non probabile. Exorta autem est eius sententia ex ea pugnae descriptione quam Herodotus dedit, ad cuius verba totum de hac traditione iudicium revocat. Qui cum Masistium ab Atheniensibus interfectum spoliatumque esse narraret, veri erat simile Athenis haec spolia servari. Mardonium autem cum Spartanis in pugna obversatum tum praecipue ab homine Spartano necatum esse idem Herodotus dixit; qua de causa modo non incredibile erat, a Spartanis sua spolia Atheniensibus tradita esse. Qua in re quamvis verum invenisse videatur, tamen verba ἀνδρὸς ἐν Σπάρτῃ λογίμου forsitan non recte intellexerit. (cf. supra adnot. 45.) Tempore certe satis antiquo fabula iam de Mardonii acinace Athenis servato ferebatur. Demosthenes enim XXIV. 129 eius mentionem fecit[48]). Periegeta autem eam invenit in Attico suo fonte, quem Polemonem fuisse

[48]) Etiam Dio Chrysostomus II. p. 85 Mardonii acinacem commemorat.

Wilamowitzius coniecit; cui opponit ea, quae ex Herodoto sciebat. (cf. verbum quod dicit *οἶδα*.)

25 6. Paus. I. 33, 4. (de Aethiopibus) = Her. II. 23; IV. 172; II. 32; III. 17—19; 23. Componuntur sententiae ex Herodoto haustae cum fonte aliquo geographico, ut quae Polemo de Aethiopibus dixerat refellantur. cf. cap. I. n. 2.

26 7. Paus. II. 30, 5. *φασὶ δὲ* (Troezenii) *Ὦρον γενέσθαι σφίσιν ἐν τῇ γῇ πρῶτον. ἐμοὶ μὲν οὖν Αἰγύπτιον φαίνεται καὶ οὐδαμῶς Ἑλληνικὸν ὄνομα Ὧρος εἶναι.*

Unde Pausanias hanc sententiam hauserit dubitari non potest; scribit enim

Her. II. 156. *Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μὲν Ὧρος κτλ.*

Obloquitur periegeta Troezenio suo fonti (Herophani? cf. II. 34, 4) Herodoti auctoritate fretus.

27 8. Paus. VIII. 5, 1. *Λυκούργου δὲ ἀποθανόντος Ἔχεμος ὁ Ἀερόπου τοῦ Κηφέως τοῦ Ἀλέου τὴν Ἀρκάδων ἔσχεν ἀρχήν. ἐπὶ τούτου Δωριεῖς κατιόντας ἐς Πελοπόννησον ὑπὸ ἡγεμόνι Ὕλλῳ τῷ Ἡρακλέους Ἀχαιοὶ περὶ Ἰσθμὸν τὸν Κορινθίων κρατοῦσι μάχῃ, καὶ Ἔχεμος ἀποκτίννυσιν Ὕλλον μονομαχήσαντά οἱ κατὰ πρόκλησιν. τάδε γὰρ ἐφαίνετο εἰκότα εἶναί μοι μᾶλλον ἢ ὁ πρότερος λόγος, ἐν ᾧ βασιλεύειν τε Ἀχαιῶν τηνικαῦτα Ὀρέστην ἔγραψα, καὶ Ὕλλον Ὀρέστου βασιλεύοντος ἀποπειρᾶσαι καθόδου τῆς ἐς Πελοπόννησον. φαίνοιτο δ' ἂν τῷ ὑστέρῳ τῶν λόγων καὶ Τιμάνδρα συνοικήσασα ἡ Τυνδά-*

Her. IX. 26. *ἡμεῖς ἀξιεύμεθα . . . . . . ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπείτε Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο μετὰ τὸν Εὐρυσθέος θάνατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον.* (Tum Hyllum provocasse, quem fortissimum haberent Peloponnesii,) *τοῦτόν οἱ μουνομαχῆσαι. . . . . . προεκρίθη τε δὴ ἐκ πάντων τῶν συμμάχων ἐθελοντὴς Ἔχεμος ὁ Ἠερόπου τοῦ Φηγέος*[49]*, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς ἡμέτερος, καὶ ἐμουνομάχησε καὶ ἀπέκτεινε Ὕλλον.*

[49]) Sic Herodoti codices. Palmerius hic quoque Cephei nomen restituere voluit, sed nescio an Herodotus Phegeum, coniunctum certe aliquo modo cum Tegeatarum fabulis (cf. Prelleri mythol. Graec. II[3] p. 369.), Aëropi patrem dicere voluerit.

ρεω τῷ ἀποκτείναντι Ὕλλον Ἐχέμῳ. 45, 3. *Ἡρακλειδῶν δὲ ἐς Πελοπόννησον κατιόντων Ἔχεμος ὁ Ἀερόπου Τεγεάτης ἐμονομάχησεν ἰδίᾳ πρὸς Ὕλλον, καὶ ἐκράτησε τοῦ Ὕλλου τῇ μάχῃ.*

Prior illa sententia cui resistit Pausanias, legitur in Atticis I. 41, 2: *καὶ ὅστις μὲν Ἔχεμος ὢν ἀπέκτεινεν Ὕλλον, ἑτέρωθι τοῦ λόγου δηλώσω, τέθαπται δὲ καὶ Ὕλλος ἐν τοῖς Μεγάροις. αὕτη καλοῖτο ἂν ὀρθῶς στρατεία τῶν Ἡρακλειδῶν ἐς Πελοπόννησον ἐπὶ Ὀρέστου βασιλεύοντος.* Cum enim ab exegeta (*ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἐξηγητής*) de Hylli sepulcro Megaris sito certior esset factus, in mentem ei venerat Echemus Hylli victor, a cuius tamen historia quippe ad res Arcadicas pertinente abstinendum esse censet. Jam quae sequuntur intellectu difficillima sunt: cur tandem haec vera esset Heraclidarum expeditio? num altera non Heraclidarum erat? Praeterea Hyllum Oresti aequalem facere tam absurdum est, ut dubitare possimus cui haec sententia tribuenda sit. Ipsius Pausaniae esse ratiocinationem vix credi potest, quoniam mythologiae eum peritiorem fuisse concedendum est, quam ut talia proferret. Immo certam traditionem invenit, Megarensium nimirum sive litteris mandatam sive ex ipso hominum ore perceptam. Qui Echemum non nisi virum Arcadem Orestique aequalem fuisse ferebant; quare Pausanias Orestem tum Arcadiae quoque fuisse regem intellexit. Postea autem cum ad res Arcadicas venisset, in Herodoto suo invenit Echemum Arcadiae dici regem simulque in fonte quo in Arcadum genealogiis usus est recte definitam legit Orestis aetatem. Quae cum confirmarentur ab Hesiodo (fr. CV. Marksch.), Echemum Herodoto auctore in regum Arcadicorum catalogum inseruit[50]).

[50]) Forsitan aliquis aliter sentiat Echemumque ab Pausania in catalogo regum iam repertum esse coniiciat, praesertim cum non prorsus absurda sit haec tabella chronologica:

Echemus			Hyllus	
Agapenor			Cleodaeus	
Hippothous			Aristomachus	
Aepytus —	Orestes —	Temenus	Cresphontes	Aristodemus
Cypselus	Tisamenus			

[Sed

C. Accommodantur Herodoti sententiae aliorum narrationibus:

LIBER I.

28 1. Paus. I. 14, 7. *πρώτοις δὲ ἀνθρώπων Ἀσσυρίοις κατέστη σέβεσθαι τὴν Οὐρανίαν, μετὰ δὲ Ἀσσυρίους Κυπρίων Παφίοις καὶ Φοινίκων τοῖς Ἀσκάλωνα ἔχουσιν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ. παρὰ δὲ Φοινίκων Κυθήριοι μαθόντες σέβουσιν. Ἀθηναίοις δὲ κατεστήσατο Αἰγεύς, κτλ.*

Haec orta sunt ex Her. I. 131. *ἐπιμεμαθήκασι δὲ καὶ τῇ Οὐρανίῃ θύειν* (*οἱ Πέρσαι*), *παρά τε Ἀσσυρίων μαθόντες καὶ Ἀραβίων*, et I. 105. *ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἱρόν* (Veneris Uraniae Ascalone situm), ... *πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν ὅσα ταύτης τῆς θεοῦ· καὶ γὰρ τὸ ἐν Κύπρῳ ἱρὸν ἐνθεῦτεν ἐγένετο, ὡς αὐτοὶ Κύπριοι λέγουσι, καὶ τὸ ἐν Κυθήροισι Φοίνικές εἰσι οἱ ἱδρυμένοι ἐκ ταύτης τῆς Συρίης ἐόντες.*

Quod enim non Ascalonensibus sed Assyriis maiorem aetatem cultus tribuit, non negligentia est, sed coniectura ex duobus locis Herodoteis collecta. Praeterea Robertus me monuit mirum esse cultum ab Aegeo esse institutum propre Ceramicum, cum non solum omnia loca, quae aliquo modo cum Aegeo coniuncta esse dicerentur, Delphinium, Aegei domus, Hermes Propylaeus (cf. Plut. Thes. 12), in Ilisi fluminis ripa collocanda essent, sed etiam ea quae memoriam ceterorum servarent Pandionidarum, Lyceum, Nisi monumentum, eandem obtinerent regionem. Ibi autem templum quoque erat Veneris Uraniae in Hortis dictae, quod I. 19, 2 sine ulla adiecta fabula commemoravit Pausanias. Quibus de causis nonne errore periegetae fabulam, quae in Attico suo fonte ad Ilisi regionem pertinuit, ad Ceramicum translatam esse statuemus?

29 2. Paus. I. 19, 5. *ὁ δὲ Εἰλισσός ἐστιν οὗτος ἔνθα παίζουσαν Ὠρείθυιαν ὑπὸ ἀνέ-*

Her. VII. 189. *κατὰ δὴ τὸ κῆδος τοῦτο οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς φάτις ὥρμηται, συμβαλλό-*

Sed in eodem fonte Arcadico (VIII. 45, 3) Echemus non rex, sed Tegeata dicitur, nec ubi ab aliis commemoratur (Pind. Ol. X. [XI.] 80, cf. schol.; Serv. ad Verg. Aen. VIII. 130; Apollod. p. 100, 23 Bekk.) Arcadiae rex fuisse fertur. Tamen certe non Ancaei locum obtinuit Echemus, quoniam antiquissima est fabula Lycurgi filium patre adhuc vivo obiisse vulnere ab apro Calydonio accepto. Qua de causa Echemum re vera incertum esse inter Lycurgum et Agapenorem coniiciamus oportet.

μου Βορέου φασὶν ἁρπασθῆναι, καὶ συνοικεῖν Ὠρειθυίᾳ Βορέαν, καί σφισι διὰ τὸ κῆδος ἀμύναντα τῶν τριήρων τῶν βαρβαρικῶν ἀπολέσαι τὰς πολλάς.

VIII. 27, 14. ἔμελλε δ' ἄρα οὐχ Ἕλλησιν ὁ Βορέας ἔσεσθαι μόνον τοῖς πᾶσιν ὄφελος, τοῦ Μήδων ναυτικοῦ ταῖς Σηπιάσι προσράξας τὰς πολλάς, ἀλλὰ καὶ Μεγαλοπολίτας ὁ ἄνεμος οὗτος ἐῤῥύσατο μὴ ἁλῶναι.

μενοι σφίσι τὸν Βορέην γαμβρὸν εἶναι, ... ἐπεκαλέοντο τόν τε Βορέην καὶ τὴν Ὠρειθυίην τιμωρῆσαι σφίσι καὶ διαφθεῖραι τῶν βαρβάρων τὰς νέας, ὡς καὶ πρότερον περὶ Ἄθων. εἰ μέν νυν διὰ ταῦτα τοῖσι βαρβάροισι ὁρμέουσι Βορέης ἐνέπεσε, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· οἱ δ' ὦν Ἀθηναῖοι σφίσι λέγουσι βοηθήσαντα τὸν Βορέην πρότερον καὶ τότε ἐκεῖνα κατεργάσασθαι, καὶ ἱρὸν ἀπελθόντες Βορέω ἱδρύσαντο παρὰ ποταμὸν Ἰλισσόν.

188. ὅσας δὲ τῶν νεῶν μεταρσίας ἔλαβε (sc. ὁ χειμών), τὰς μὲν ἐξέφερε πρὸς Ἴπνους καλεομένους τοὺς ἐν Πηλίῳ, τὰς δὲ ἐς τὸν αἰγιαλόν· αἱ δὲ περὶ αὐτὴν τὴν Σηπιάδα περιέπιπτον, κτλ.

Pausanias cum fluminum Atticorum catalogum componere vellet, Ilisum quoque nominat, cuius ad mentionem complures afferens λόγους obliviscitur tertii fluminis Cephisi, qui certe in fonte suo non defuit. Quapropter equidem narrationes illas ab eodem fonte esse alienas censuerim et ex alio fonte additas; quas si accuratius inspexerimus, primo obtutu secundam (quae est de Borea Athenienses adiuvante) ex Herodoto haustam esse cognoscemus; primam et tertiam (de Orithyia et de Musarum cultu) quamvis ex fonte aliquo mythologico effluxisse videantur, mirum tamen est eodem fere modo coniunctas esse apud auctorem, quem certe legerat periegeta, apud Platonem (Phaedr. p. 229 b; 230 c). Quamobrem alludere Pausaniam ad locum Platonicum verisimile est. Praeterea eandem Herodoteam historiam in Arcadica inserit Pausanias, consuetudinem suam hic quoque secutus. Certe in fonte suo Agis tantum propter aquilonem capere non potuisse Megalopolin dicebatur, quod periegeta ita vertit: non solum Athe-

niensibus, sed etiam Megalopolitanis Boreas profuit, nam etc. Quomodo autem scribere soleat Pausanias, vel in eo conspicitur, quod Boreae cultum, quem historia sua postulabat, omisit[51]).

30 3. Paus. I. 24, 3. *λέλεκται δέ μοι καὶ πρότερον ὡς Ἀθηναίοις περισσότερόν τι ἢ τοῖς ἄλλοις ἐς τὰ θεῖά ἐστι σπουδῆς. πρῶτοι μὲν γὰρ Ἀθηνᾶν ἐπωνόμασαν Ἐργάνην, πρῶτοι δ' ἀκώλους Ἑρμᾶς * ** (*ἀνέθεσαν* probabiliter lacunam explevit Porsonus).

Quibus si addideris Paus. IV. 33, 3. *Ἀθηναίων γὰρ τὸ σχῆμα τὸ τετράγωνόν ἐστιν ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς, καὶ παρὰ τούτων μεμαθήκασιν οἱ ἄλλοι*, intelliges quomodo auctores suos permiscere consueverit periegeta atque conglutinare. Orta enim sunt haec verba ex duobus Herodoti Thucydidisque locis, quorum alter, Her. II. 51, haec habet: *τοῦ δὲ Ἑρμέω τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν* (Graeci) *τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες οὐκ ἀπ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασι, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν πρῶτοι μὲν Ἑλλήνων ἁπάντων Ἀθηναῖοι παραλαβόντες, παρὰ δὲ τούτων ὦλλοι.* Thucydides autem VI. 27 *α* sic locutus est: *ὅσαι Ἑρμαῖ ἦσαν λίθινοι ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀθηναίων* (*εἰσὶ δέ, κατὰ τὸ ἐπιχώριον, ἡ τετράγωνος ἐργασία, πολλοὶ καὶ ἐν ἰδίοις προθύροις καὶ ἐν ἱεροῖς*) *μιᾷ νυκτὶ οἱ πλεῖστοι περιεκόπησαν τὰ πρόσωπα.* cf. Wilamowitz. Herm. XII. p. 346.

31 4. Paus. I. 28, 3. *τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ᾠκοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου, περιβαλεῖν τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τείχους Πελασγοὺς οἰκήσαντάς ποτε ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν· φασὶ γὰρ Ἀγρόλαν καὶ Ὑπέρβιον* * * *[52]) *πυνθανόμενος δὲ οἵτινες ἦσαν, οὐδὲν ἄλλο ἐδυνάμην μαθεῖν*

Her. VI. 137. *Πελασγοὶ ἐπείτε ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐξεβλήθησαν, εἴτε ὦν δὴ δικαίως εἴτε ἀδίκως — τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχω φράσαι πλὴν τὰ λεγόμενα ὅτι Ἑκαταῖος μὲν ὁ Ἡγησάνδρου ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι λέγων ἀδίκως· ἐπείτε γὰρ ἰδεῖν τοὺς Ἀθηναίους τὴν χώρην τὴν σφίσι αὐτοῖσι ὑπὸ τὸν Ὑμησσὸν ἐοῦσαν ἔδοσαν*

---

[51]) Aelianus V. H. XII. 61 hunc Pausaniae locum laudans tertiam de Boreae auxilio narrationem addit, quae est de Thuriis.

[52]) Kayserus (*ztschr. f. altert.* 1848, p. 502) lacunam explere conatus proposuit *Ὑπέρβιον τοὺς οἰκοδομήσαντας εἶναι*, ab loco nostro non alienum.

ἢ Σικελοὺς τὰ ἐξ ἀρχῆς ὄντας ἐς Ἀκαρνανίαν [53]) μετοικῆσαι.

οἰκῆσαι, μισθὸν τοῦ τείχεος τοῦ περὶ τὴν ἀκρόπολίν κοτε ἐληλαμένον κτλ.

Differunt inter se aliquatenus Herodotus et Pausanias: cum enim hic aedificasse quidem muros arcis Pelasgos concedat, sed eam tantum partem, quae non ab Cimone exstructa esset, ille eos totam arcem muris cinxisse videtur existimare. Tamen Halicarnassei sui non plane oblitus est periegeta: scribendum enim videtur ὑπὸ τὸν Ὑμηττὸν pro ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν [54]), praesertim cum parvo spatio interiecto praecedant verba ὑπὸ δὲ ἀκροπόλει. Nam sub arce non Pelasgi, sed ipsi Athenienses habitabant; sub Hymetto autem Pelasgos sedem habuisse solus Herodotus testatur. Quod cum ex eo sumeret Pausanias, coniunxit haec de Pelasgorum sede et de Pelasgico cum iis quae ex Atthide sua de Cimonis muro (τὸ νότιον τεῖχος Nep. Cim. 2. Plut. Cim. 13; comp. Cim. et Luc. 1) compererat [55]).

5. Paus. I. 29,5. στρατηγοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τε ἦσαν καὶ Λέαγρος, ᾧ μάλιστα ἐπετέτραπτο ἡ δύναμις, καὶ Δεκελεὺς Σωφάνης, ὃς τὸν Ἀργεῖόν ποτε πένταθλον Νεμείων ἀνῃρημένον νίκην ἀπέκτεινεν Εὐρυβάτην βοηθοῦντα Αἰγινήταις.

Her. IX. 73. Ἀθηναίων δὲ λέγεται εὐδοκιμῆσαι Σωφάνης ὁ Εὐτυχίδεω, ἐκ δήμου Δεκελεῆθεν 32

75. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σωφάνεϊ λαμπρὸν ἔργον ἐξεργασμένον, ὅτε περικατημένων Ἀθηναίων Αἴγιναν Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον ἄνδρα πεντάεθλον ἐκ προκλήσιος ἐφόνευσε. αὐτὸν δὲ Σωφάνεα χρόνῳ ὕστερον τούτων κατέλαβε ἄνδρα γενόμενον ἀγαθόν, Ἀθηναίων στρατηγέοντα ἅμα Λεάγρῳ τῷ Γλαύκωνος, ἀποθα-

---

[53]) codd. Vindobonensis a et Mosquensis habent Ἀκαρνίαν, unde Schubartus (ed. mai. I. p. 137) coniecit Ἀχαρνάς, E. Curtius autem (mus. Rhen. n. s. VIII. p. 137) Ἀρκαδίαν.

[54]) Roberti coniectura; contra Wilamowitzius Pausaniam errore arcem commemorare censuit Herm. XVIII. p. 252 adnot. 1.

[55]) Hyperbium et Euryalum (sic!) fratres Athenis primos exstruxisse laterarias ac domos Plinius dicit N. H. VII. 194.

νεῖν ὑπὸ Ἠδωνῶν ἐν Δάτῳ περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχόμενον.

Quo loco quinque certaminum victoriam reportaverit Eurybates, ex indiciis victorum comperit Pausanias, quos in Olympiae Delphorumque descriptione saepius adhibuit.

33 6. Paus. I. 31, 2. *ἐν δὲ Πρασιεῦσιν Ἀπόλλωνός ἐστι ναός· ἐνταῦθα τὰς Ὑπερβορέων ἀπαρχὰς ἰέναι λέγεται, παραδιδόναι δὲ αὐτὰς Ὑπερβορέους μὲν Ἀριμασποῖς, Ἀριμασποὺς δὲ Ἰσσηδόσι, παρὰ δὲ τούτων Σκύθας ἐς Σινώπην κομίζειν, ἐντεῦθεν δὲ φέρεσθαι διὰ Ἑλλήνων ἐς Πρασιάς, Ἀθηναίους δὲ εἶναι τοὺς ἐς Δῆλον ἄγοντας· τὰς δὲ ἀπαρχὰς κεκρύφθαι μὲν ἐν καλάμῃ πυρῶν, γινώσκεσθαι δὲ ὑπ᾽ οὐδένων.*

Her. IV. 33. *φάμενοι ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν ἐξ Ὑπερβορέων ἀπικνέεσθαι ἐς Σκύθας, ἀπὸ δὲ Σκυθέων ἤδη δεκομένους αἰεὶ τοὺς πλησιοχώρους ἑκάστους κομίζειν αὐτὰ τὸ πρὸς ἑσπέρης ἑκαστάτω ἐπὶ τὸν Ἀδρίην, ἐνθεῦτεν δὲ πρὸς μεσαμβρίην προπεμπόμενα πρώτους Δωδωναίους Ἑλλήνων δέκεσθαι, ἀπὸ δὲ τούτων καταβαίνειν ἐπὶ τὸν Μηλιέα κόλπον καὶ διαπορεύεσθαι ἐς Εὔβοιαν, πόλιν τε ἐς πόλιν πέμπειν μέχρι Καρύστου, τὸ δ᾽ ἀπὸ ταύτης ἐκλιπεῖν Ἄνδρον· Καρυστίους γὰρ εἶναι τοὺς κομίζοντας ἐς Τῆνον, Τηνίους δὲ ἐς Δῆλον.*

Pausanias quamquam viam describit ab Herodoto alienam, tamen sermonis colore eum imitatus est. Cum enim sacrificium illud Hyperboreorum in fonte suo diceretur *ἀπαρχή*, coniungere hoc voluit cum Herodoti verbis *ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν*; itaque factum est genus dicendi paene ridiculum: *τὰς ἀπαρχὰς κεκρύφθαι ἐν καλάμῃ πυρῶν*. Ceterum vix opus erit monere Atticam fabulae versionem apud Pausaniam inveniri, Deliacam autem apud Herodotum.

LIBER II.

34 1. Paus. II. 3, 8. *Μήδεια δὲ ...... ἐξ Ἀθηνῶν ἔφυγε, παραγενομένη δὲ ἐς τὴν λεγομένην τότε Ἀρίαν*

Her. VII. 62. *οἱ δὲ Μῆδοι ...... ἐκαλέοντο δὲ πάλαι πρὸς πάντων Ἄριοι, ἀπικομένης δὲ Μηδείης*

τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκε τὸ ὄνομα καλεῖσθαι Μήδους ἀπ᾽ αὐτῆς· τὸν δὲ παῖδα, ὃν ἐπήγετο φεύγουσα ἐς τοὺς Ἀρίους, γενέσθαι λέγουσιν ἐξ Αἰγέως, ὄνομα δέ οἱ Μῆδον εἶναι.

τῆς Κολχίδος ἐξ Ἀθηνέων ἐς τοὺς Ἀρίους τούτους, μετέβαλον καὶ οὗτοι τὸ οὔνομα.

Medeam Athenas quoque venisse et ab Aegeo filium peperisse Medeum antiquissima est Atheniensium fabula[56]). Contra ab aliis satis antiquo tempore ex Jasone natus fuisse tradebatur[57]). Deinde cum belli Persici aetate Graecis innotescerent orientis populi, fabulae inter illos sunt exortae, quibus mores instituta nomina barbarorum intelligerent. Sic Perseum hoc tempore Achaemenidarum proavum factum esse constat, sic Medeus cum Medorum nomine coniungi coepit. Quae fama Pindari iam aetate tam nota erat, ut poëta pro *Μῆδοι* dicere posset *Μήδειοι* (Pyth. I. 78.) Quod si poëtae licebat, populo fabulam formanti non licebat; itaque accommodabatur non Medorum nomen, sed Medei: Medus enim dicebatur inde ab tragicis poëtis. Praeterea, cum eodem tempore Medea cum Jasone non Jolci sed Corinthi vixisse magis magisque crederetur[58]), formae fabulae extitere duae, Corinthiorum et Atheniensium. Quas cum Euripides Medea sua atque Aegeo coniungeret multa commutans, multa etiam novans, in eam conformationem fabulam redegit, quam vulgatam apud veteres fuisse ex innumeris poëtarum narrationibus nec non ex enchiridiis mythologicis discimus. Plurimum igitur, ut in multis aliis fabulis enarrandis, in hac quoque valuit apud posteros Euripidis auctoritas valuitque usque ad nostram aetatem. Quodsi Medos ab Medo appellatos esse fere omnes consentiunt, forsitan quaeratis cur haec omnia proferam, cum ex aliorum quoque scriptis neque ex uno Herodoto Pausanias fabulam potuisset discere. At hic Arios vetus Medorum fuisse nomen tradit, quod cum apud solum Herodotum legamus Pausaniam ex eius libris deprompsisse sequitur;

---

56) cf. U. de Wilamowitz '*excurse zu Euripides Medeia*' in Herma XV. p. 481 sqq.

57) Sic Cinaetho ap. Paus. II. 3, 9 et Hesiod. theog. 991—1001.

58) Eumelus iam dixerat, cf. Paus. I. 1.; sed tantum aberat, ut haec Corinthiorum narratio in vulgus efferretur, ut Simonides cum idem tradere vellet pristinae narrationi verbis resistere cogeretur, cf. fragm. 48 Bergk schol. Eurip. Med. 20.

praeterea unus Pausanias cum Herodoto Medos non ab Medo Medeae filio, sed ab ipsa matre nomen accepisse dicit. Apparet Herodotum Medum cognitum non habuisse, quem tamen Pausanias in fonte suo mythographico invenit; iterum igitur Pausanias auctorem suum cum Herodoto coniungit. Itaque hac fere ratione Medeae historiam enarrat: primum *τὸν ἐπιχώριον λόγον* affert secutus fontem suum periegeticum (II. 3, 6—7), deinde Herodotum exscribit, tum ex fonte suo mythographico qui vel ad hypothesim Aegei Euripidei redit vel ad Dionysium Scytobrachionem (cf. Wilamowitzium), varias apud varios scriptores de Medea narrationes addit[59]).

35 2. Paus. II. 16, 1. (de Jonis erroribus) = Her. I. 1 sqq., 5. Herodotus cum fonte genealogico commiscetur. cf. cap. I. n. 4.

36 3. Paus. II. 20, 3. *πλησίον δέ εἰσιν ἐπειργασμένοι λίθῳ Κλέοβις καὶ Βίτων, αὐτοί τε ἕλκοντες τὴν ἅμαξαν, καὶ ἐπ' αὐτῇ ἄγοντες τὴν μητέρα ἐς τὸ Ἡραῖον.*	Her. I. 31. *οἱ νεηνίαι ..... εἷλκον τὴν ἅμαξαν, ἐπὶ τῆς ἁμάξης δέ σφι ὠχέετο ἡ μήτηρ, σταδίους δὲ πέντε καὶ τεσσεράκοντα διακομίσαντες ἀπίκοντο ἐς τὸ ἱρόν.*

Manifestum est hoc loco Pausaniam inseruisse Herodotea verba in ea quae ex periegetico suo fonte exscripsit.

37 4. Paus. II. 20, 10. (de Telesilla) = Her. VI. 77 sq., cf. cap. I. n. 5, ubi vidimus Socratem Argivum Pausaniae esse fontem.

38 5. Paus. II. 21, 6. *Καρχηδονίῳ δὲ ἀνδρὶ Προκλεῖ τῷ Εὐκράτους ἕτερος λόγος ὅδε ἐφαίνετο εἶναι τοῦ προτέρου πιθανώτερος. Λιβύης ἡ ἔρημος καὶ ἄλλα παρέχεται θηρία ἀκούσασιν οὐ πιστά, καὶ ἄνδρες ἐνταῦθα ἄγριοι καὶ ἄγριαι γίνονται γυναῖκες· ἔλεγέ τε ὁ Προκλῆς ἀπ' αὐτῶν ἄνδρα ἰδεῖν κομισθέντα ἐς Ῥώμην.*	Her. IV. 191. (In Libyae parte orientali permultae procreantur beluae, quae copiose enumerantur), *καὶ οἱ ἄγριοι ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἄγριαι καὶ ἄλλα πλήθεϊ πολλὰ θηρία ἀκατάψευστα.*

Verba proculdubio congruunt; duae tamen res adnotandae videntur: convertit enim Pausanias singula verba; sic ex *ἄγριοι ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἄγριαι* fecit *ἄνδρες ἄγριοι καὶ ἄγριαι*

[59]) cf. O. Pfundtner in Fleckeis. ann. 99, p. 441 sq.

Fabulam de Polycratis anulo patet sumtam esse ex Herodoto; ibi artifex quoque nominatur Theodorus Teleclis filius. Ab eodem primo aes sive ferrum fusum esse aliunde petivit periegeta, ex fonte videlicet quo in artis artificumque historia describenda usus est; sed Rhoeci quoque eiusque patris nomen invenit Pausanias in Herodoto suo III. 60. Qua de causa veri non dissimile est, id quod primus coniecit Urlichsius[77]), Pausaniam quae alibi de aeris fusi inventione legisset, coniunxisse cum Herodoti de Polycratis anulo fabula.

LIBER IX.

70 1. Paus. IX. 18, 1. *καὶ ἡνίκα ἐπεστράτευσαν οἱ Ἀργεῖοι, Τυδέα ὁ Μελάνιππος οὔ-*

Her. V. 67. *ἐπηγάγετο δὲ τὸν Μελάνιππον ὁ Κλεισθένης ὡς ἔχθιστον ἐόντα Ἀδρή-*

[77]) L. Urlichs '*die anfänge der griech. künstlergesch.*' Wirceb. 1871.

τος καὶ ἀδελφῶν τῶν Ἀδράστου Μηκιστέα ἀπέκτεινε, καί οἱ καὶ αὐτῷ τὴν τελευτὴν ὑπὸ Ἀμφιαράου γενέσθαι λέγουσι.

στῳ, ὅς τόν τε ἀδελφεόν οἱ Μηκιστέα ἀπεκτόνεε καὶ τὸν γαμβρὸν Τυδέα.

Haec Pausaniae verba utrum exorta sint ex Herodoteis necne potest dubitari. Melanippum enim Astaci filium inter omnes Thebanorum duces maxime excelluisse res erat notissima, quam non solum in Thebaide, sed etiam in posterioris aetatis compendiis mythologicis commemoratam fuisse constat[78]). Tamen aliquo modo respexisse periegeta videtur ad Herodoti locum, cum verbis, quae sunt *καὶ ἀδελφῶν τῶν Ἀδράστου*, aperte Herodotea illa *τόν τε ἀδελφεόν οἱ κτλ.* consulto variata redderet.

LIBER X.

1. Paus. X. 1, 3. *κατὰ γὰρ τὴν Ὑάμπολιν, ᾗ τοὺς Θεσσαλοὺς προσεδέχοντο ἐμβαλεῖν σφίσιν ἐς τὴν χώραν, ὑδρίας κεράμου πεποιημένας κατορύξαντες καὶ ἐπ' αὐτὰς γῆν ἐπιφορήσαντες ὑπέμενον τὴν ἵππον τῶν Θεσσαλῶν· οἱ δὲ, ἅτε οὐ προπεπυσμένοι τῶν Φωκέων τὴν τέχνην, ἐπελάσαντες τοὺς ἵππους λανθάνουσιν ἐπὶ τὰς ὑδρίας. ἐνταῦθα ἀπεχωλοῦντο[79]) μὲν οἱ ἵπποι τῶν ποδῶν ἐσπιπτόντων σφίσιν ἐς τὰς ὑδρίας, ἐκτείνοντο δὲ καὶ ἀπέπιπτον οἱ ἄνδρες ἀπὸ τῶν ἵππων.*

Her. VIII. 28. *ἐσβαλοῦσαν δὲ ἐς τὴν χώρην τὴν ἵππον αὐτῶν ἐλυμήναντο ἀνηκέστως. ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ ἥ ἐστι κατὰ Ὑάμπολιν, ἐν ταύτῃ τάφρον μεγάλην ὀρύξαντες ἀμφορέας κενεοὺς ἐς αὐτὴν κατέθηκαν, χοῦν δὲ ἐπιφορήσαντες καὶ ὁμοιώσαντες τῷ ἄλλῳ χώρῳ ἐδέκοντο τοὺς Θεσσαλοὺς ἐσβάλλοντας. οἱ δὲ, ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας, φερόμενοι ἐσέπεσον ἐς τοὺς ἀμφορέας. ἐνθαῦτα οἱ ἵπποι τὰ σκέλη διεφθάρησαν.* 71

2. Paus. X. 1, 11. *εὑρέθη δὲ καὶ ὕστερον τοῖς Φωκεῦσιν*

Her. VIII. 27. *ἐπείτε γὰρ κατειλήθησαν ἐς τὸν Παρνη-* 72

78) Sic apud Apollodorum (p. 90, 17 sqq. Bekk.) III. 6, 8, 3 sqq. Tydei Melanippique mors copiose narratur.

79) Hoc *ἀπεχωλοῦντο* imitationem esse Thucydidis VII. 27 Valckenaerius in adnot. ad Her. VIII. 28 cognovit.

οὐκ ἀποδέον σοφίᾳ τῶν προτέρων. ὡς γὰρ δὴ τὰ στρατόπεδα ἀντεκάθητο περὶ τὴν ἐς τὴν Φωκίδα ἐσβολήν, λογάδες Φωκέων πεντακόσιοι φυλάξαντες πλήρη τὸν κύκλον τῆς σελήνης ἐπιχειροῦσιν ἐν τῇ νυκτὶ τοῖς Θεσσαλοῖς, αὐτοί τε ἀληλιμμένοι γύψῳ καὶ ἐνδεδυκότες ὅπλα λευκὰ ἐπὶ τῇ γύψῳ· ἐνταῦθα ἐξεργασθῆναι φόνον τῶν Θεσσαλῶν λέγεται πλεῖστον, θειότερόν τι ἡγουμένων ἢ κατὰ ἔφοδον πολεμίων τὸ ἐν τῇ νυκτὶ συμβαῖνον. ὁ δὲ Ἠλεῖος ἦν Τελλίας, ὃς καὶ ταῦτα τοῖς Φωκεῦσιν ἐμηχανήσατο ἐς τοὺς Θεσσαλούς.

σὸν οἱ Φωκέες ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν Ἠλεῖον, ἐνθαῦτα ὁ Τελλίης οὗτος σοφίζεται αὐτοῖσι τοιόνδε. γυψώσας ἄνδρας ἑξακοσίους τῶν Φωκέων τοὺς ἀρίστους, αὐτούς τε τούτους καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν, νυκτὸς ἐπεθήκατο τοῖσι Θεσσαλοῖσι, προείπας αὐτοῖσι τὸν ἂν μὴ λευκανθίζοντα ἴδωνται, τοῦτον κτείνειν. τούτους ὦν αἵ τε φυλακαὶ τῶν Θεσσαλῶν πρῶται ἰδοῦσαι ἐφοβήθησαν, δόξασαι ἄλλο τι εἶναι τέρας, καὶ μετὰ τὰς φυλακὰς αὐτὴ ἡ στρατιὴ οὕτω ὥστε τετρακισχιλίων κρατῆσαι νεκρῶν καὶ ἀσπίδων Φωκέας.

Toto hoc capite narrantur certamina inter Thessalos Phocensesque ante bellum Persarum commissa[80]). De iisdem proeliis praeterea alii scriptores loquuntur tres, Herodotus nempe et Plutarchus et Polyaenus; inter quos et Pausaniam qua fuerit ratio demonstrare nostrum iam est. Unum autem eorum, Polyaenum (VI. 18) dimittere possumus, quippe qui, ut solet, hic quoque Herodotum exscripserit. Soli igitur in quaestionem vocantur Herodotus et Plutarchus[81]). Ille duo proelia commemorat (VIII. 27 sq.), quorum altero lecti homines e Phocensibus sexcenti Telliae vatis consilio gypso obliti omnem delevissent Thessalorum exercitum, altero, quod patet ab Herodoto eodem fere tempore commissum haberi, Thessalorum equitatus insidiis paratis ab Phocensibus devincitur. Contra Plutarchus (de mull. virt. 2 p. 244 *B*) prorsus aliud proelium enarrat: cum enim ibi callidi Phocenses videantur victoriaque freti, hic quasi desperantes animoque de-

[80]) cf. Paus. V. 24, 1 sq., ubi cum Zinkio (coniecturae in Pausaniam; in commentationibus societatis philologae Wirceburgensis ed. L. Urlichs. Wirceb. 1862, p. 128 sqq.) lego: ἄγαλμα Διός, ἐστεφανωμένον κεφαλὴν ἄνθεσι. codd. δὲ οἷα δή. Schubartus δὲ ἴοις δή.

[81]) cf. de hac re ea quae Arminius Hitzig in Fleckeiseni annal. 109 p. 123 disseruit.

misso rem suam gessisse dicuntur; quin si cladem accipiant, uxores liberosque igni dare se parant; tamen Daïphanto aliisque duobus ducibus superiores discedunt. Quae omnia Plutarchus se copiose enarrasse in Daïphanti vita addit[82]). Pausanias vero primum historiam de equitatu hostium dolo perdito refert, deinde dicit trecentos Phocensium speculatores ab Thessalis deprehensos atque trucidatos esse, tum Phocenses de salute desperantes tamen vicisse narrat, postremo loco (*ὕστερον*) verba fecit de impetu a Phocensibus gypso oblitis in Thessalos facto. Herodotus igitur de duobus refert proeliis, de uno sed ab illis diverso Plutarchus, qui lectores ad copiosam in vita Daïphanti narrationem reiicit, — Pausanias Herodoti duo habet, Plutarchi unum, praeterea aliud quartum. Quid veri similius quam illa eum ex Herodoto, haec autem ex copiosiore Plutarchi libro sumpsisse? Sed hoc non tam confidenter possumus contendere, nisi antea certis firmisque argumentis demonstraverimus. Plutarchum autem exscribi a Pausania, in Philopoemenis quidem vita, ostendit Henricus Nissen ('*kritische untersuchungen über die quellen der 4. und 5. dekade des Livius*'. Berol. 1863. p. 287 sqq.) Similiter de Cimonis vita iudicandum videtur. Nostro autem loco cum Pausanias copiosius quidem rem enarret quam Plutarchus, verbis tamen nonnullis congruat cum eo (cf. haec Plutarchi: *φυλακὰς καταλιπεῖν, πρόσταγμα δόντας, ἂν αἴσθωνται νικωμένους αὐτούς, κατὰ τάχος τὴν ὕλην ἀνάψαι καὶ καταπρῆσαι τὰ σώματα* cum Pausaniae verbis), Plutarchus autem idem se amplius tractasse in Daïphanti vita dicat, coniiciendum videtur, ex vita Daïphanti Pausaniae narrationem fluxisse. Huc accedit quod ea tantum in vita Daïphanti commemorata fuisse proelia coniecerim, quae cum Daïphanti nomine coniuncta essent, id est duo illa ab Herodoto ignorata. Qua de causa non omnia quattuor ex Plutarcho desumta esse puto, sed duo ex Herodoto, ex Plutarcho duo. Praeterea sequuntur, quamquam non imitantur, narrationem Herodoteam periegetae verba; raro enim iisdem verbis quibus Herodotus usus est periegeta, neque inconsulto: res narratas easdem esse apparet. Dealbationem non profuturam fuisse nisi plena fuisset luna unusquisque intelliget, quare tantum ingenii Pausaniae abrogare nolu-

---

[82]) quae Hitzigius de Daïphanti vita Plutarchi fonte sibi finxerit me non intelligere ingenue fateor. Quod autem ex Polyaeno plenilunium in Herodoti verba transferre ausus est, ignosci nequit.

mus, quin plenam lunam ex suo addere potuerit. Nec mirum est idem Polyaeno in mentem venisse, quamquam ex Pausania quoque sua habere potest: de Hitzigii vero coniectura iam diximus; cur autem dealbati exercitus impetum postremo posuerit loco periegeta, videre non difficile est: Herodotus enim eum dixerat *ὕστατον τρῶμα*.

73 3. Paus. X. 2, 1. *ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν Εὐρώπην ὁ Περσῶν στρατὸς διέβη, λέγεται τοὺς Φωκέας φρονῆσαι μὲν ὑπὸ ἀνάγκης τὰ βασιλέως, αὐτομολῆσαι δὲ ἐκ τῶν Μήδων καὶ ἐς τὸ Ἑλληνικὸν παρὰ τὸ ἔργον τὸ Πλαταιᾶσι παρατάξασθαι.* Sequitur ex fonte historico desumta historia belli sacri.

Her. IX. 17. *μοῦνοι δὲ Φωκέες οὐ συνεσέβαλον (Μαρδονίῳ ἐς Ἀθήνας). ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα καὶ οὗτοι, οὐκ ἑκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης.*

Her. IX. 31. *οὐ γὰρ ὦν ἅπαντες οἱ Φωκέες ἐμήδισαν, ἀλλά τινες αὐτῶν καὶ τὰ Ἑλλήνων ηὖξον περὶ τὸν Παρνησσὸν κατειλημένοι, καὶ ἐνθεῦτεν ὁρμεόμενοι ἔφερόν τε καὶ ἦγον τήν τε Μαρδονίου στρατιὴν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐόντας Ἑλλήνων.*

74 4. Paus. X. 9, 1 sq. *ὁπόσα δὲ τῶν ἀναθημάτων εἶναί μοι λόγου μάλιστα ἄξια ἐφαίνετο, ποιησόμεθα αὐτῶν μνήμην. Ἀθλητὰς μὲν οὖν καὶ ὅσοι ἀγωνισταὶ μουσικῆς τῶν ἀνθρώπων τοῖς πλείοσιν ἐγένοντο μετὰ οὐδενὸς λογισμοῦ, οὐ πάνυ τι ἡγοῦμαι σπουδῆς ἀξίους· ἀθλητὰς δὲ ὁπόσοι τι καὶ ὑπελίποντο ἐς δόξαν, ἐν λόγῳ σφᾶς ἐδήλωσα τῷ ἐς Ἠλείους. Φαΰλῳ δὲ Κροτωνιάτῃ, — Ὀλυμπίασι μὲν οὐκ ἔστιν αὐτῷ νίκη, τὰς δὲ Πυθοῖ πεντάθλου δύο ἀνείλετο καὶ σταδίου τὴν τρίτην. ἐναυμάχησε δὲ καὶ ἐναντία τοῦ Μήδου ναῦν τε παρασκευασάμενος οἰκείαν, καὶ Κροτωνιατῶν ὁπόσοι ἐπεδήμουν τῇ Ἑλλάδι ἀνεβίβασε, — τούτου ἐστὶν ἀνδριὰς ἐν Δελφοῖς. τὰ μὲν δὴ ἐς τὸν Κροτωνιάτην οὕτως εἶχεν.*

Totum exscripsi locum, non quo omnia ex Herodoto oriunda esse censerem, sed quia ex iis intelligi potest quomodo librum suum conscripserit Pausanias. Illi athletae quorum apud homines fama minus clara est, etiamsi statuam in luco Apollinis collocatam habent, digni omnino non sunt qui commemorentur. Reliqui, id est ii de quibus *λόγος* fertur, iam in Olympiae descriptione commemorati sunt praeter unum, Phayllum: is enim Olympiae statuam non habet. Ita enim scribi non potuisse ab eo qui com-

mentarium in usum peregrinatorum componere vellet, sed cui, ut Herodoteo et ipse utar sermone, *τὰ πάντα ἦν ὁ λόγος*, monumenta autem secundo loco haberentur, luce clarius est. Prorsus opinor ignorassent lectores, quid hoc commentario facerent. Herodotus autem ita de Phayllo loquitur:

Her. VIII. 47. *τῶν δὲ ἐκτὸς τούτων οἰκημένων Κροτωνιῆται μοῦνοι ἦσαν οἳ ἐβοήθησαν τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ μιῇ νηΐ, τῆς ἦρχε ἀνὴρ τρὶς πυθιονίκης Φάϋλλος*, cf. Plut. Alex. 34.

Iam de ipso Phayllo iudicium est difficile; cum enim Pausanias Olympicas ei esse victorias diserte neget, apud scholiastam Aristophanis[83]) Phayllus athleta tanquam *ὀλυμπιονίκης* commemoratur, quem Atheniensibus quinti saeculi notissimum fuisse constat; idem Crotoniates *ὀλυμπιονίκης* proverbio celebratus commemoratur apud Zenobium Eustathium Suidam[84]). Quem eundem

---

[83]) Schol. Aristoph. Ach. 213 Dindf. *Φαΰλλῳ: Ὁ Φάϋλλος δρομεὺς ἄριστος ὀλυμπιονίκης, ὁπλιτοδρόμος περιώνυμος, ὃν ἐκάλουν ὀδάμετρον. ἦν δὲ καὶ πένταθλος. ἐφ' οὗ καὶ ἐπίγραμμα τοιόνδε·*

πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος.
δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερος ἀθλητὴς ὀγδόην ὀλυμπιάδα νικήσας, καὶ τρίτος λωποδύτης. Schol. Ar. Vesp. 1201 sq. *Φάϋλλον: εἴρηται περὶ Φαΰλλου ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν. . . . . . εἷλον διώκων: ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὅτι ἐνίκησα δρόμῳ, πάλιν περὶ δίκης φησί. δρομεὺς δὲ ἄριστος ὁ Φάϋλλος.*

[84]) Zenob. VI. 23. *ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα· Φάϋλλος ἐγένετο πένταθλος Πόντιος* (sic libri; fortasse Metapontium eum dicere voluit scriptor), *ὃς ἐδόκει μέγιστα δισκεύειν καὶ ἅλλεσθαι· ἐπειδὴ οὖν ὑπὲρ τοὺς ἐσκαμμένους πεντήκοντα πόδας εἰς τὸ στερεὸν ἥλατο, τὸ συμβὰν εἰς παροιμίαν περιέστη.*

Eustath. ad Od. VIII. 197. (p. 1591, 56 cod. Rom.) *Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ὑπερήσει καὶ τὸ ὑπερέπτατο σήματα πάντα οὐ μακρὰν ἐσχημάτισται τοῦ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν ὃ κεῖται παρὰ τοῖς ὕστερον· ἤγουν ὑπέρμετρα. παροιμιαζόμενον μὲν ἐπὶ τῶν ὑπερβαλλόντων ἢ πλεονεκτούντων· μετενεχθὲν δὲ ἀπὸ τῶν πεντάθλων. ἤρξατο δέ φασιν ὁ λόγος ἀπὸ Φαΰλλου πεντάθλου Κροτωνιάτου. ὃς πεντήκοντα ποδῶν ὄντων πρότερον τῶν σκαμμάτων αὐτὸς ὑπερέβαλε ταῦτα πηδήσας. ὡς τὸ ἐπίγραμμα, φασί, λέγει τῆς εἰκόνος αὐτοῦ·*

πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος·
δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

Suid. s. v. *Φάϋλλος. ὄνομα δρομέως ἀρίστου ὀλυμπιονίκου. Ἀριστοφάνης·*

ὅτε τὸν δρομέα Φάϋλλον ὢν βούπαις ἔτι
εἷλον διώκων λοιδορίας ψήφοιν δυοῖν.

ἦν δὲ καὶ ὁπλιτοδρόμος περιώνυμος, ὃν ἐκάλουν Ὀδόμετρον. ἦν δὲ καὶ πένταθλος, ἐφ' οὗ τὸ ἐπίγραμμα·

esse atque navis Crotoniensis in pugna Salaminia praefectum eo probabilius est, quod Aristophanes et senes Acharnenses et Philocleonem vetustissimas semper historiolas expromentes facit. Quod si statuimus, qui fit, ut Pausanias, cui ad verum indagandum catalogos Olympionicarum praesto fuisse constat; Phayllum unquam Olympiae vicisse disertis verbis neget? Nam quod Herodotus quoque victoriae Olympicae mentionem non facit, id nullo negotio ita explicatur, ut aut Phaylli victoriam Olympicam post pugnam Salaminiam relatam esse, aut Herodotum non omnes Phaylli victorias indicasse statuamus. At quid obstat quin Pausaniam in Eliacis conscribendis Phayllum ideo omisisse arbitremur, quod nulla eius Olympiae extabat statua, in Phocicis autem componendis Olympionicarum catalogos non denuo consuluisse, sed Herodoti silentio fretum fortiter negasse Phayllum vicisse Olympiae. Valckenaerius autem (ad Herod. VIII. 47) iniuria reprehendit Palmerium, qui primus haec Pausaniae verba ex Herodoto pendere cognovit.

75 5. Paus. X. 16, 1. *τῶν δὲ ἀναθημάτων, ἃ οἱ βασιλεῖς ἀπέστειλαν οἱ Λυδῶν, οὐδὲν ἔτι ἦν αὐτῶν εἰ μὴ σιδηροῦν μόνον τὸ ὑπόθημα τοῦ Ἀλυάττου κρατῆρος. τοῦτο Γλαύκου μέν ἐστιν ἔργον τοῦ Χίου, σιδήρου κόλλησιν ἀνδρὸς εὑρόντος.*	Her. I. 25. *ἀνέθηκε δὲ* (sc. *Ἀλυάττης*) *ἐς Δελφοὺς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητόν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων, Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε.*

Quae non ex Herodoto orta sunt, redeunt ad Hegesandrum (Athen. X. p. 210 BC) vel potius ad eum qui Hegesandro usus est, Polemonem.

76 6. Paus. X. 17, 1. *ἡ δὲ Σαρδὼ μέγεθος μὲν καὶ εὐ-*	Her. I. 170. (*Βίας,*) *ὃς ἐκέλευε κοινῷ στόλῳ Ἴωνας ἀερ-*

πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος·
δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερος ἀθλητής· καὶ τρίτος λωποδύτης. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν·

οἴμοι τάλας τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν·
οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, ὅτ' ἐγὼ φέρων ἀνθράκων φορτίον
ἠκολούθουν Φαΰλλῳ τρέχων, ὧδε φαύλως ἂν ὁ
σπονδοφόρος οὗτος ὑπ' ἐμοῦ τότε διωκόμενος
ἐξέφυγεν οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς ἂν ἀπεπλίξατο.

δαιμονίαν ἐστὶν ὁμοία τοῖς μάλιστα ἐπαινουμέναις.

IV. 23, 5. *Μάντικλος δὲ ἐκέλευε Μεσσήνης μὲν καὶ τοῦ Λακεδαιμονίων ἔχθους λαβεῖν λήθην, πλεύσαντας δὲ ἐς Σαρδὼ κτήσασθαι μεγίστην τε νῆσον καὶ εὐδαιμονίᾳ πρώτην.*

θέντας πλέειν ἐς Σαρδὼ ...... καὶ οὕτω ...... εὐδαιμονήσειν, νήσων δὲ ἁπασέων μεγίστην νεμομένους[85]).

Sardiniae magnitudinem in maius extollere superioris aevi scriptores consueverunt. Etiam Plinius N. H. III. 83 insulam maiorem fecit quam est, cum oram orientalem longam esse milia passuum CLXXXVIII, occidentalem LXXVII diceret. Strabo insulam longam esse CCL milia passuum, latam XCVIII existimavit, cum verum esset CLXVIII et LXXXV. Contra Pausanias minorem habuit insulam, qui X. 17, 1 scribit *μῆκος δὲ αὐτῆς εἴκοσι στάδιοι καὶ ἑκατόν εἰσι καὶ χίλιοι* (= CXL m. p.), *εὖρος δὲ ἐς εἴκοσί τε καὶ τετρακοσίους* (= ca. LII. m. p.) *προήκει*[86]). Quodsi tamen maximam insulam esse Sardiniam contendit, apparet eum hanc sententiam ex Herodoto sumpsisse.

7. Paus. X. 19, 1. *παρὰ δὲ τὸν Γοργίαν ἀνάθημά ἐστιν Ἀμφικτυόνων Σκιωναῖος Σκύλλις, ὃς καταδῦναι καὶ ἐς τὰ βαθύτατα θαλάσσης πάσης ἔχει φήμην.*

Her. VIII. 8. *ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ......, ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ Σκυλλίης Σκιωναῖος, δύτης τῶν τότε ἀνθρώπων ἄριστος κτλ.* 77

Recordatus tantum est Herodoti hoc loco periegeta; quae enim praeterea de Scyllide (ut eum vocat differens ab Herodoto) narrat, Herodotea non sunt.

8. Paus. X. 20, 1. (de urbibus Graecis, quae Persis resistere 78

---

[85]) cf. Her. V. 106. *θεοὺς ἐπόμνυμι ...... μὴ μὲν πρότερον ἐκδύσασθαι τὸν ... κιθῶνα ......, πρὶν ἄν τοι Σαρδὼ νῆσον τὴν μεγίστην δασμοφόρον ποιήσω.* VI. 2. *ὃς Σαρδὼ νῆσον τὴν μεγίστην ὑποδεξάμενος κατεργάσασθαι ὑπέδυνε τῶν Ἰώνων τὴν ἡγεμονίην τοῦ πρὸς Δαρεῖον πολέμου.*

[86]) codd. *πεντήκοντα*, sed optime Kayserus (*'z. f. altert.'* 1849) *προήκει*. cf. V. 12, 6.

ausae sint) = Her. VII. 202 sq. Inseruntur haec in Galatarum adversus Graeciam expeditionem, cf. cap. I. n. 11.

79 9. Paus. X. 32, 8. (de Tithorea) = Her. VIII. 32 sq.; Herodoti verba cum Bacidis oraculo componuntur, cf. cap. I. n. 12.

80 10. Paus. X. 33, 7. (de Parapotamiis) = Her. VIII. 33, cf. cap. I. n. 13.

81 11. Paus. X. 33, 9. (de Amphicaea) = Her. VIII. 33, cf. cap. I. n. 14.

82 12. Paus. X. 33, 12. (de Drymo) = Her. VIII. 33, cf. cap. I. n. 15.

D. Herodotus ex aliis auctoribus vel confirmatur vel corrigitur vel augetur.

I.

83 1. Paus. IV. 35, 12. (de Hypani fluvio) = Her. IV. 52, cf. cap. I. n. 9.

II.

84 1. Paus. I. 9, 5. *Θρᾳκῶν δὲ τῶν πάντων οὐδένες πλείους εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μὴ Κελτοί, πρὸς ἄλλο ἔθνος ἓν ἀντεξετάζοντι.*	Her. V. 3. *Θρηίκων δὲ ἔθνος μέγιστόν ἐστι μετά γε Ἰνδοὺς πάντων ἀνθρώπων.* Cf. Valckenaerii adnotationem,

Celtas pro Herodoti Indis posuit periegeta.

85 2. Paus. IX. 6, 1 sq. *τῶν δέ σφισιν* (sc. *Θηβαίοις*) *ἐν ἀγῶσι πολέμου γενομένων εὐτυχημάτων καὶ ὡς ἑτέρως τοσάδε φανερώτατα ὄντα εὕρισκον. ἐκρατήθησαν ὑπὸ Ἀθηναίων μάχῃ Πλαταιεῦσιν ἀμυνάντων, ὅτε σφᾶς ἐπέλαβεν ὑπὲρ τῶν ὅρων πολεμῆσαι τῆς χώρας. προσέπταισαν δὲ καὶ δεύτερον Ἀθηναίοις ἀντιταξάμενοι περὶ Πλάταιαν, ἡνίκα δοκοῦσιν ἑλέσθαι τὰ βασιλέως Ξέρξου πρὸ τῶν Ἑλληνικῶν. τῆς δὲ αἰτίας ταύτης δημοσίᾳ σφίσιν οὐ μέτεστιν, ὅτι ἐν ταῖς Θήβαις ὀλιγαρχία καὶ οὐχὶ ἡ πάτριος πολιτεία τηνικαῦτα ἴσχυεν· εἰ γοῦν Πεισιστράτου τυραννοῦντος ἔτι ἢ τῶν παίδων Ἀθήνησιν ἀφίκετο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ὁ βάρβαρος, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ καὶ Ἀθηναίους κατέλαβεν ἂν ἔγκλημα μηδισμοῦ.* Cf. 4. 4; II. 6, 1.

Quae de Asopo Thebanorum termino dicuntur, fluxerunt ex Her. VI. 108, cf. n. 16.

De Thebanis autem in pugna Plataeensi Atheniensium adversariis copiose egit Herodotus IX. 67. At in sequentibus oblo-

quitur periegeta Herodoti verbis, quae tamen (IX. 86 sq.) non ex eius sententia dicta sunt, sed ex Timegenidae Thebanorum principis, qui cum pugnae Plataeensis victores a civibus suis postularent, ut principes civitatis tanquam proditores puniendos sibi traderent, repulsa autem accepta urbem obsiderent, civibus convocatis haec proposuit: cavendum sibi esse, ne sua causa agri Thebanorum diutius vastarentur, quare si Graeci pecunia contenti essent '*χρήματά σφι δῶμεν ἐκ τοῦ κοινοῦ (σὺν γὰρ τῷ κοινῷ καὶ ἐμηδίσαμεν, οὐδὲ μοῦνοι ἡμεῖς)*', sin autem se ceterosque urbis principes punire vellent, causam se subituros esse. At quis fuit cuius auxilio Pausanias Herodotum refutare conatus est? Fuit profecto Thucydides, qui in iudicio illo noto Lacedaemoniorum de captis Plataeensibus habito Thebanos ita loquentes facit (III. 62): *ἡμῖν μὲν γὰρ ἡ πόλις τότε ἐτύγχανεν οὔτε κατ' ὀλιγαρχίαν ἰσόνομον πολιτεύουσα, οὔτε κατὰ δημοκρατίαν· ὅπερ δέ ἐστι νόμοις μὲν καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ ἐναντιώτατον, ἐγγυτάτω δὲ τυράννου, δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν εἶχε τὰ πράγματα. καὶ οὗτοι, ἰδίας δυνάμεις ἐλπίσαντες ἔτι μᾶλλον σχήσειν, εἰ τὰ τοῦ Μήδου κρατήσειε, κατέχοντες ἰσχύϊ τὸ πλῆθος, ἐπηγάγοντο αὐτόν· καὶ ἡ ξύμπασα πόλις οὐκ αὐτοκράτωρ οὖσα ἑαυτῆς τοῦτ' ἔπραξεν, οὐδ' ἄξιον αὐτῇ ὀνειδίσαι, ὧν μὴ μετὰ νόμων ἥμαρτεν.*

3. Paus. IX. 36, 5. *Ἕλληνες δὲ ἄρα εἰσὶ δεινοὶ τὰ ὑπερ-* 86
όρια ἐν θαύματι τίθεσθαι μείζονι ἢ τὰ οἰκεῖα, ὁπότε γε ἀνδράσιν ἐπιφανέσιν ἐς συγγραφὴν πυραμίδας μὲν τὰς παρὰ Αἰγυπτίοις ἐπῆλθεν ἐξηγήσασθαι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον, θησαυρὸν δὲ τὸν Μινύου καὶ τὰ τείχη τὰ ἐν Τίρυνθι οὐδὲ ἐπὶ βραχὺ ἤγαγον μνήμης, οὐδὲν ὄντα ἐλάττονος θαύματος.

Haec aperte Herodotum reprehendunt, qui II. 124—136 de pyramidibus scripsit, de Minyae autem thesauro Tirynthisque muris nulla verba fecit. Tamen non ex suo ingenio videtur Pausanias tam acriter Herodotum reprehendisse; Plutarchi enim manifesto indolem sapiunt quae profert. Sed in libello de Herodoti malignitate scripto frustra quaeres hanc de pyramidibus sententiam. Cum autem saepius Plutarcho usum esse periegetam vidimus [87], ampliorem eum legisse Plutarchi librum coniicere licet.

---

[87]) Operae pretium erit, si quis accuratius explorabit, quaenam ratio intersit inter Pausaniam et Plutarchi libros.

III.

87 1. Paus. I. 24, 6. τούτους τοὺς γρῦπας ἐν τοῖς ἔπεσιν Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος μάχεσθαι περὶ τοῦ χρυσοῦ φησὶν Ἀριμασποῖς τοῖς ὑπὲρ Ἰσσηδόνων· τὸν δὲ χρυσὸν ὃν φυλάσσουσιν οἱ γρῦπες, ἀνιέναι τὴν γῆν· εἶναι δὲ Ἀριμασποὺς μὲν ἄνδρας μονοφθάλμους πάντας ἐκ γενετῆς, γρῦπας δὲ θηρία λέουσιν εἰκασμένα, πτερὰ δὲ ἔχειν καὶ στόμα ἀετοῦ. καὶ γρυπῶν μὲν πέρι τοσαῦτα εἰρήσθ ω.

Arimaspea Aristeae Proconnesii carmen, hominis illius fabulis veterum celebrati, etiam imperii Romani tempore legebantur: legit auctor libelli qui Longini nomine nobis traditus est (cf. de sublim. X. 4, p. 27, 4 ed. Jahn); Dionysius Halicarnasseus de Thuc. p. 404 carmen subditicium esse censuit. Haud raro citatur, tamen Pausaniam ipsum Aristeae librum non legisse eo probabilius est, quod nihil affert, quin ex Herodoti excerptis hauriri possit his duobus:

Her. III. 116. πρὸς δὲ ἄρκτου τῆς Εὐρώπης πολλῷ τι πλεῖστος χρυσὸς φαίνεται ἐών· ὅκως μὲν γινόμενος οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἶπαι, λέγεται δὲ ὑπὲκ τῶν γρυπῶν ἁρπάζειν Ἀριμασποὺς ἄνδρας μουνοφθάλμους· πείθομαι δὲ οὐδὲ τοῦτο, ὅκως μουνόφθαλμοι ἄνδρες φύονται, φύσιν ἔχοντες τὴν ἄλλην ομοίην τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι.

Her. IV. 13. ἔφη δὲ Ἀριστέης ὁ Καϋστροβίου ἀνὴρ Προκοννήσιος ποιέων ἔπεα, ἀπικέσθαι ἐς Ἰσσηδόνας φοιβόλαμπτος γενόμενος, Ἰσσηδόνων δὲ ὑπεροικέειν Ἀριμασποὺς ἄνδρας μουνοφθάλμους, ὑπὲρ δὲ τούτων τοὺς χρυσοφύλακας γρῦπας, τούτων δὲ τοὺς Ὑπερβορέους κατήκοντας ἐπὶ θάλασσαν.

Tribus additamentis exornavit Herodotea Pausanias: primum enim, id quod apud omnes sani iudicii Herodoti lectores constat, Arimaspos luscos fuisse dicit πάντας ἐκ γενετῆς, scilicet non casu quodam altero oculo privatos esse, deinde aurum ex terra nasci fortasse ex aurea Indorum harena Her. III. 102 sq. sumpsit (cf. Paus. III. 12, 4), tum gryphorum speciem copiose describit, certe non ex carmine Aristeae, sed quales suo tempore fingebantur.

88 2. Paus. I. 27, 2. περὶ δὲ τῆς ἐλαίας οὐδὲν ἔχουσιν ἄλλο εἰπεῖν ἢ τῇ θεῷ μαρτύριον γενέσθαι τοῦτο

Her. VIII. 55. ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηός, ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα

ἐς τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπὶ τῇ χώρᾳ. λέγουσι δὲ καὶ τάδε, κατακαυθῆναι μὲν τὴν ἐλαίαν ἡνίκα ὁ Μῆδος τὴν πόλιν ἐνέπρησεν Ἀθηναίοις, κατακαυθεῖσαν δὲ αὐθημερὸν ὅσον τε ἐπὶ δύο βλαστῆσαι πήχεις.

ἔνι, τὰ λόγος παρὰ Ἀθηναίων Ποσειδέωνά τε καὶ Ἀθηναίην ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρης μαρτύρια θέσθαι. ταύτην ὦν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων· δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς ἐμπρήσιος Ἀθηναίων οἱ θύειν ὑπὸ βασιλέος κελευόμενοι ὡς ἀνέβησαν ἐς τὸ ἱρόν, ὥρων βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τε πηχυαῖον ἀναδεδραμηκότα.

In maius extolli nonnunquam a periegeta Herodoti verba supra iam commemoravimus (cap. I. n. 2). Cum Herodotea pusillo quo est animo mutaverit, liberum iudicium servasse sibi videtur: pro *δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ* scribit *αὐθημερόν*, et *ὅσον τε ἐπὶ δύο πήχεις* pro *ὅσον τε πηχυαῖον.* neque illud quidem est veri simile, aliter Pausaniae tempore traditam esse fabulam, aliter Herodoti; immo vero hic illum exscribit, non prorsus ad verbum, sed ut solet verbis quidem variatis rem ipsam mutuatur. Verba autem Herodoti Dionysius quoque Halicarnasseus ant. Rom. XIV. 2 (4.) iam ante Pausaniam exscripsit.

3. Paus. I. 33, 6. (de crocodilis) = Her. IV. 122, cf. 89
cap. I. n. 2.

4. Paus. II. 28, 1. (de crocodilis) = Her. IV. 122, cf. 90
cap. I. n. 2.

5. Paus. III. 12, 7. *Ταλθυβίου δὲ τούτου μήνιμα ἐπὶ* 91
τῷ φόνῳ τῶν κηρύκων, οἳ παρὰ βασιλέως Δαρείου γῆν τε καὶ ὕδωρ αἰτήσοντες ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπέμφθησαν, Λακεδαιμονίοις μὲν ἐπεσήμαινεν ἐς τὸ δημόσιον, ἐν Ἀθήναις δὲ ἰδίᾳ τε καὶ ἐς ἑνὸς οἶκον ἀνδρὸς κατέσκηψε Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος. ἐγεγόνει δὲ καὶ τῶν κηρύκων τοῖς ἐλθοῦσιν ἐς τὴν Ἀττικὴν ὁ Μιλτιάδης ἀποθανεῖν αἴτιος ὑπὸ Ἀθηναίων.

Ex Her. VII. 133 sqq.; cum autem Herodotus quomodo Athenienses diis iratis poenam dedissent se ignorare profiteretur, Pausanias hoc quoque addidit, aut ex sua ipsius sententia, ne Atheniensibus deesset poena, aut ex fonte aliquo Herodotum supplens. Locum autem Herodoti Pausaniae fuisse ante oculos verborum

similitudo docet: uterque enim dicit *μῆνις* (*μήνιμα*) *κατέσκηψε Ταλθυβίου*[88]).

E. Ad Herodoti verba breviter adluditur.

LIBER I.

92 1. Paus. I. 8, 5. *οὐ πόρρω δὲ ἑστᾶσι Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων οἱ κτείναντες Ἵππαρχον· αἰτία δὲ ἥτις ἐγένετο, καὶ τὸ ἔργον ὅντινα τρόπον ἔπραξαν, ἑτέροις ἐστὶν εἰρημένα.* Sine dubio respexit Pausanias ad copiosas rei narrationes, quas apud Herodotum (V. 55 sq.) et Thucydidem (I. 20; VI. 53 sqq.) legimus.

93 2. Paus. I. 14, 2. *Ἑλλήνων δὲ οἳ μάλιστα ἀμφισβητοῦντες Ἀθηναίοις ἐς ἀρχαιότητα καὶ δῶρα παρὰ θεῶν φασὶν ἔχειν, εἰσὶν Ἀργεῖοι, καθάπερ βαρβάρων Φρυξὶν Αἰγύπτιοι.* Haec respiciunt ad Her. II. 2. *οἱ δὲ Αἰγύπτιοι, πρὶν μὲν ἢ Ψαμμήτιχον σφέων βασιλεῦσαι, ἐνόμιζον ἑωυτοὺς πρώτους γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων· ἐπειδὴ δὲ Ψαμμήτιχος βασιλεύσας ἠθέλησε εἰδέναι οἵτινες γενοίατο πρῶτοι, ἀπὸ τούτου νομίζουσι Φρύγας προτέρους γενέσθαι ἑωυτῶν, τῶν δὲ ἄλλων ἑωυτούς.* Sequitur fabula illa notissima de infantibus pueris ab omni humana voce seclusis, qui tamen secundo aetatis anno ab pastore custodiente *βεκὸς* petiverint; quo cognitum sit Phryges, qui panem *βεκὸς* vocent, Aegyptiis esse antiquiores[89]).

94 3. Paus. I. 23, 10. *τὰ δὲ ἐς Ἑρμόλυκον τὸν παγκρατιαστὴν καὶ Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου γραψάντων ἑτέρων παρίημι. ἐς δὲ Φορμίωνα τοσόνδε ἔχω πλέον γράψαι*[90]).

Versabantur periegetae haec scribenti ante oculos verba Herodoti IX. 105: *ἐν δὲ ταύτῃ τῇ μάχῃ* (apud Mycalen) *Ἑλλήνων ἠρίστευσαν Ἀθηναῖοι καὶ Ἀθηναίων Ἑρμόλυκος ὁ Εὐθοίνου ἀνὴρ παγκράτιον ἐπασκήσας. τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμόλυκον κατέλαβε ὕστερον τούτων, πολέμου ἐόντος Ἀθηναίοισί τε καὶ Καρυστίοισι, ἐν Κύρνῳ τῆς Καρυστίης χώρης ἀποθανόντα ἐν μάχῃ κεῖσθαι ἐπὶ Γεραιστῷ.*

Hermolyci igitur pancratiastae qui apud Mycalen insignem praestiterat virtutem, vidit Pausanias in Athenarum arce statuam

[88]) Quae Pfundtnerus in dissertatione sua p. 13 de hoc loco dixit, equidem non intelligo.

[89]) cf. O. Pfundtnerum '*Pausanias' glaubens- und lebensansichten*'.

[90]) cf. Wilamowitz '*die Thukydideslegende*' Herm. XII. p. 346.

collocatam. Crederemus hoc, nisi basin statuae titulo inscriptam fortuna nobis servasset (CIA I. n. 402); in qua haec leguntur:

HEPMOⱵYKOϟ
ΔΙΕΙΤΡΕΦΟϟ
ΑΠΑΡΧΕΝ
KPEϟIⱵAϟ
EΠOEϟEN

Primum igitur hic Hermolycus Diitrephis est filius, non Euthoeni, deinde litterarum forma, praesertim ϟ, docet titulum non posse inscriptum esse ante Ol. 83, 2 = 446; pugna autem ab Atheniensibus cum Carystiis apud Cyrnum commissa, qua obiit Hermolycus pancratiastes, acta est anno Ol. 78, 3 = 467. Itaque erravit Pausanias, cum eosdem habuit Herodoti Hermolycum atque inscriptionis. Sed aliud quoque considerandum est: commemoratur a Pausania I. 23, 3 Diitrephis statua, haec quoque in arce Atheniensium collocata, quae Diitrephem sagittis vulneratum repraesentabat; Cresilam vero fecisse 'vulneratum deficientem, in quo possit intelligi, quantum restet animae' tradit Plinius N. H. XXXIV. 74. Quodsi habemus statuam a Cresila confectam, ab Hermolyco autem Diitrephis filio decumae loco dedicatam, nonne et Pausaniae Diitrephem et vulneratum Cresilae et hanc Cresilae statuam unam eandemque fuisse coniiciemus Diitrephis imaginem[91])? Sic igitur de Pausaniae verbis iudicandum videtur: vidit in arce collocatam Diitrephis statuam sagittis vulnerati; quam rem magnopere admiratus cum ab barbaris eum interfectum esse crederet, pauca de eius stipendiis ex Thucydide VII. 29 sqq. addit, cum Hermolyco autem statuae dedicatore Herodotea verba contulit,

---

[91]) Haec sententia primum ab Rossio (*archaeol. aufs.* I. p. 169) pronuntiata, deinde ab Schoellio (Philol. XX. p. 415) Bursiano (*allg. encycl.* I. vol. 82, p. 441) probata, impugnata est ab Schubarto (Fleckeis. ann. 87, p. 304 sq.), qui neque apud Mycalessum cecidisse Diitrephem, et statuam ipsam Pausaniae tempore sagittis violatam fuisse contendit; adversus quem A. Michaelis (*ath. mitth.* I. p. 294 sq.; II. p. 104 sqq.), cui adsentitur A. Furtwaengler (*'der dornauszieher und der knabe mit der gans'* Berol. 1876, p. 33 et not. 35), doctissime Rossii sententiam defendit. Postea autem ab Oertelio (*'beitr. z. ält. gesch. d. statuar. genrebildnerei b. d. Hellenen'*. diss. inaug. Lips. 1879, p. 24 sqq.) et repetuntur ea quae iam Schubartus dixerat et coniicitur, ex Overbeckii certe sententia, verbis 'volneratum deficientem' a Plinio intelligi eiusdem artificis amazonem, quam tamen errore deceptus bis commemoret. In qua sententiarum varietate equidem me in Michaelis partes abire fateor.

patris Euthoeni nulla ratione habita. Quas adnotationes ab eo cum in ipso scribendo esset temere diversis locis positas esse, ita ut ipsius Hermolyci statua efficeretur, nemo mirabitur, qui Atticae descriptionis confusionem bene consideraverit. Quae praeterea de Phormione plura[92]) affert, sumta sunt ex Androtionis Atticorum libro tertio (cf. schol. Venet. Ar. Pac. 347), sed periegetam ea non ex ipso Androtionis libro, verum ex Istri *συναγωγῇ* hausisse probabiliter coniecit Wilamowitzius.

95 4. Paus. I. 27, 6. *ἔστι δὲ Ἀθηνᾶς ἀγάλματα ἀρχαῖα. καί σφισιν ἀπετάκη μὲν οὐδέν, μελάντερα δὲ καὶ πληγὴν ἐνεγκεῖν ἐστιν ἀσθενέστερα· ἐπέλαβε γὰρ καὶ ταῦτα ἡ φλόξ, ὅτε ἐσβεβηκότων ἐς τὰς ναῦς Ἀθηναίων βασιλεὺς εἷλεν ἔρημον τῶν ἐν ἡλικίᾳ τὴν πόλιν.*

Her. V. 77. (*αἵ πέδαι*) *κρεμάμεναι ἐκ τειχέων περιπεφλευσμένων πυρὶ ὑπὸ τοῦ Μήδου.*

VIII. 53. *ἐπεὶ δέ σφι πάντες κατέστρωντο, τὸ ἱρὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν.*

96 5. Paus. I. 28, 2. *καὶ ἅρμα κεῖται χαλκοῦν ἀπὸ Βοιωτῶν δεκάτη καὶ Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ.*

Cf. Her. V. 77.

97 6. Paus. I. 28, 11. *λέγεται μὲν δὴ καὶ ἄλλα τῶν ἀψύχων αὐτόματα ἐπιθεῖναι σὺν τῷ δικαίῳ τιμωρίαν ἀνθρώποις· ἔργον δὲ κάλλιστον καὶ δόξῃ φανερώτατον ὁ Καμβύσου παρέσχετο ἀκινάκης.*

De Cambysis acinace narravit Herodotus III. 64, qui mortem regi a deis missam esse poenam Apidis occisi dicit.

98 1. Paus. II. 11, 1. *οὐ πόρρω τῆς πύλης ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς, ὃν Ἐπωπεύς ποτε ἀνέθηκε μεγέθει καὶ κόσμῳ τοὺς τότε ὑπερβεβλημένον. ἔδει δὲ ἄρα καὶ τοῦδε ἀφανισθῆναι τὴν μνήμην· κεραυνοῖ ὁ*[93])

Her. VII. 10, 5. *ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῷα ὡς κεραυνοῖ ὁ θεὸς οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει· ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα ἀπο-*

---

[92]) adludit ad ea quae Thucydides II. 68 sqq. passim de Phormione narravit.

[93]) Tradita sunt verba *κεραυνοῖς θεὸς αὐτόν* Pc Ag MLb; unde egregie Dindorfius, abiecta reliquorum codicum interpolatione *κ. θ. α. κατέκαυσε*, coniecit *κεραυνοῖ θεός*; quod quamvis in textum recipere non ausus esset Schubartus, tamen in *κεραυνοῖ ὁ θεὸς* optime correxit, ita ut levissima mutatione C in O mutaretur. (praef. ed. min. p. X.)

θεὸς αὐτόν. βωμὸς δὲ ἐκεῖνος, οὐ γάρ τι ἐς αὐτὸν κατέσκηψε, μένει καὶ ἐς τόδε, οἷον Ἐπωπεὺς ἐποίησε.

σκήπτει τὰ βέλεα· φιλέει γὰρ ὁ θεος τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν.

Quam universe dixerat Herodotus sententiam, Pausanias ad singulum factum illustrandum adhibuit.

2. Paus. II. 18, 2. *εἰ δὲ ἐπὶ τοσοῦτο αὐτοῖς τὸ μίασμα τὸ Πέλοπος καὶ ὁ Μυρτίλου προστρόπαιος ἠκολούθησε, τούτοις ἦν ἄρα ὁμολογοῦντα, ἡνίκα ἡ Πυθία Γλαύκῳ τῷ Ἐπικύδους Σπαρτιάτῃ βουλεύσαντι ἐπίορκα ὀμόσαι, καὶ τοῦδε εἶπεν ἐς τοὺς ἀπογόνους κατιέναι τὴν δίκην.* 99

VIII. 7, 8. *εἰ δὲ τοῦ ἐς Γλαῦκον τὸν Σπαρτιάτην ἐποιήσατο ὁ Φίλιππος λόγον καὶ τὸ ἔπος ἐφ' ἑκάστου τῶν ἔργων ἀνεμίμνησκεν αὐτόν,*

ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀρείων,

οὐκ ἂν οὕτω δίχα λόγου δοκεῖ μοι θεῶν τις Ἀλεξάνδρου τε ὁμοῦ τὸν βίον καὶ ἀκμὴν τὴν Μακεδόνων σβέσαι.

Haec sumta sunt ex Her. VI. 86 *α—δ* ubi idem oraculo inest versus Hesiodeus (Erga 285). Ceterum Iuvenalis quoque eandem expressit historiam sat. XIII. v. 199—208: Spartano cuidam respondit Pythia vates

Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere et fraudem iure tueri
Iurando: quaerebat enim, quae numinis esset
Mens, et an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu non moribus, et tamen omnem
Vocem adyti dignam templo veramque probavit
Extinctus tota pariter cum prole domoque
Et quamvis longa deductis gente propinquis.
Has patitur poenas peccandi sola voluntas.

LIBER III.

1. Paus. III. 7, 3. *ἔτεσιν οὐ πολλοῖς ὕστερον ὑπὸ ἡγεμόνι Χαρίλλῳ γίνεται καὶ ἡ Σπαρτιατῶν ἐπὶ Τεγεάτας ἔξοδος, ὅτε οἱ Λακεδαιμόνιοι Τεγεάτας αἱρήσειν ἤλπισαν καὶ ἀποτεμεῖσθαι τῆς Ἀρκα-*

Her. I. 66. *οἱ δὲ πέδας φερόμενοι ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο, χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι, ὡς δὴ ἐξανδραποδιούμενοι τοὺς Τεγεήτας.* Cf. nn. 68; 114. 100

δίας τὸ Τεγεατῶν πεδίον, ὑπ-οὔλῳ μαντεύματι ἐπελθόντες.

LIBER IV.

101 1. Paus. IV. 5, 3. Μεσσήνιοι δὲ ...... ἀντιλέγουσι ...... Λακεδαιμονίους δὲ οὐ διὰ ταῦτα πολεμῆσαί φασιν, ὑπὸ πλεονεξίας δὲ τῇ σφετέρᾳ τε ἐπιβουλεῦσαι καὶ ἄλλα ἐργάσασθαι, προφέροντες μὲν σφισι τὰ Ἀρκάδων, προφέροντες δὲ καὶ τὰ Ἀργείων,	Her. I. 66. καὶ δή σφι ουκέτι ἀπέχρα ἡσυχίην ἄγειν, ἀλλὰ καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι, ἐχρηστηριάζοντο ἐν Δελφοῖσι ἐπὶ πάσῃ τῇ Ἀρκάδων χώρῃ.
ὡς οὔποτε ἐσχήκασι κόρον ἀποτεμνόμενοι τῆς χώρας	Her. I. 82. τὰς γὰρ Θυρέας ταύτας ἐούσας τῆς Ἀργολίδος μοίρης ἀποταμόμενοι ἔσχον οἱ Λακεδαιμόνιοι.
ἀεί τι ἑκατέρων· Κροίσῳ τε αὐτοῖς δῶρα ἀποστείλαντι γενέσθαι φίλους βαρβάρῳ πρώτους, ἀφ' οὗ γε τούς τε ἄλλους τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ κατεδουλώσατο Ἕλληνας καὶ ὅσοι Δωριεῖς ἐν τῇ Καρικῇ κατοικοῦσιν ἠπείρῳ.	Her. I. 69 sq. ταῦτα δὴ ὦν πάντα πυνθανόμενος ὁ Κροῖσος ἔπεμπε ἐς Σπάρτην ἀγγέλους δῶρά τε φέροντας καὶ δεησομένους συμμαχίης, ἐντειλάμενός τε τὰ λέγειν χρῆν. ...... τούτων τε ὦν εἵνεκεν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν συμμαχίην ἐδέξαντο, καὶ ὅτι ἐκ πάντων σφέας προκρίνας Ἑλλήνων αἱρέετο φίλους.

Quas ab ipsis Messeniis prolatas esse causas diceret, ex Herodoto (quae sequuntur, ex alio fonte) eum collegisse dignum sane est quod animadvertatur, ut docere nos possit, quomodo conscripserit libros suos Pausanias.

102 2. Paus. IV. 31, 5. τὰ μὲν οὖν Βαβυλωνίων ἢ τὰ Μεμνόνεια τὰ ἐν Σούσοις τείχη τοῖς Περσικοῖς οὔτε εἶδον οὔτε ἄλλων περὶ αὐτῶν ἤκουσα αὐτοπτούντων κτλ. Respiciunt haec ad muri Babylonii descriptionem, quam apud Herodotum I. 178 legimus copiosissimam. Susarum arx Memnonia commemoratur Her. V. 53 verbis βασιλήϊα τὰ Μεμνόνια (cf. VII. 151),

quae Pausanias verbis *τὰ Μεμνόνεια τὰ ἐν Σούσοις* aperte reddidit[94]).

LIBER V.

1. Paus. V. 7, 9. *Ἀρισταῖος δὲ ὁ Προκοννήσιος, μνήμην* 103
γὰρ ἐποιήσατο Ὑπερβορέων καὶ οὗτος, τάχα ἄν τι καὶ πλέον περὶ αὐτῶν πεπυσμένος εἴη παρὰ Ἰσσηδόνων, ἐς οὓς ἀφικέσθαι φησὶν ἐν τοῖς ἔπεσιν.

Pausaniam Aristeae librum non legisse, quae autem ex eius libro citaret ex Herodoto comperisse iam diximus (cf. n. 87); ita hic quoque ad Her. IV. 13 adludit, hoc altero eiusdem Herodoti loco addito:

Her. IV. 32. *Ὑπερβορέων δὲ πέρι ἀνθρώπων οὔτε τι Σκύθαι λέγουσι οὐδὲν οὔτε τινὲς ἄλλοι τῶν ταύτῃ οἰκημένων, εἰ μὴ ἄρα Ἰσσηδόνες.*

2. Paus. V. 9, 2. *ἀπήνῃ δὲ οὔτε τῷ ἀνευρήματι οὐδὲν ἀρ-* 104
χαῖον οὔτε εὐπρέπεια αὐτῇ προσῆν, ἐπάρατόν τε Ἠλείοις ἐκ παλαιοῦ καὶ ἀρχὴν γενέσθαι σφίσιν ἐν τῇ χώρᾳ τὸ ζῷον· ἦν γὰρ δὴ ἀπήνη κατὰ τὴν συνωρίδα ἡμιόνους ἀντὶ ἵππων ἔχουσα.

His verbis Pausanias reddit Her. IV. 30, cf. n. 10.

LIBER VI.

1. Paus. VI. 22, 2. (Pisaei Eleorum loco ludos Olympicos 105
instituere volebant) *οἵγε ὀλυμπιάδι μὲν τῇ ὀγδόῃ [καὶ εἰκοστῇ*[95])] *τὸν Ἀργεῖον ἐπηγάγοντο Φείδωνα τυράννων τῶν ἐν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρίσαντα, καὶ τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ὁμοῦ τῷ Φείδωνι.*

Her. VI. 127. (Inter Agaristae procos fuit Leocedes Phidonis filius Argivorum tyranni,) *Φείδωνος δὲ τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι, καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὴ Ἑλλήνων ἁπάντων, ὃς ἐξαναστήσας τοὺς Ἠλείων ἀγωνοθέτας αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα ἔθηκε.*

Celebratos esse ludos Olympiadis XXVIII. non sub Eleorum auspiciis sed Pisaeorum cum Phidone coniunctorum hausit videlicet periegeta ex ludorum fastis quibus uti ei licebat; sed de Phidonis superbia sententiam manifesto ex Herodoto addidit.

---

[94]) Strabo quoque arcem Susarum Memnonium dici narrat XV. p. 728.

[95]) codices habent Ol. VIII., sed cf. E. Curtii hist. graec. I. p. 656 not. 72.

106 2. Paus. VI. 26, 2. (de Solis tabula) = Her. III. 17—19; 23, cf. I. n. 2.

LIBER VII.

107 1. Paus. VII. 5, 4. *Ἴωσι δὲ ἔχει μὲν ἐπιτηδειότατα ὡρῶν [καὶ ἀέρος[96])] κράσεως ἡ χώρα, ἔχει δὲ ἱερὰ οἷα οὐχ ἑτέρωθι.*
10. *ἡ δὲ Ἰωνία παρὲξ τῶν τε ἱερῶν καὶ τῆς τοῦ ἀέρος κράσεως παρέχεται καὶ ἄλλα ἐς συγγραφήν.*

Her. I. 142. *οἱ δὲ Ἴωνες οὗτοι, τῶν καὶ τὸ Πανιώνιόν ἐστι, τοῦ μὲν οὐρανοῦ καὶ τῶν ὡρέων ἐν τῷ καλλίστῳ ἐτύγχανον ἱδρυσάμενοι πόλιας πάντων ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν.*
149. *οὗτοι δὲ οἱ Αἰολέες χώρην μὲν ἔτυχον κτήσαντες ἀμείνω Ἰώνων, ὡρέων δὲ ἥκουσαν οὐχ ὁμοίως.* Cf. Valck. ad Her. I. 142 et Xen. de vect. I. 3.

108 2. Paus. VII. 10, 1 catalogum composuit eorum, qui patriam suam prodiderunt; inter quos priores quattuor ex Herodoto sumpsit:

Samios rei Ionicae proditores ex Her. VI. 13;
Philagrum et Euphorbum Eretrienses ex Her. VI. 101;
Aleuades ex Her. VII. 6; 130; 172;
Attaginum et Timegenidam Thebanos ex Her. IX. 16; 86 sqq.

109 3. Paus. VII. 25, 6. *ἐς Μακεδονίαν καταφεύγουσι παρὰ Ἀλέξανδρον, ᾧ Μαρδόνιος ὁ Γωβρύου τὴν ἀγγελίαν ἐπίστευσεν ἐς Ἀθήνας ἀπαγγεῖλαι.*

Haec respiciunt ad Her. VIII. 136—140; *τὴν ἀγγελίαν* = notam illam legationem quam ab Herodoto narratam fere omnes legisse debent.

---

[96]) *ὡρῶν κράσεως* codd., quod nullum habet sensum; cum autem Schubartus et Walzius ita locum sanandum esse censerent, ut cum cod. La vocabulum *κράσεως* omitteretur, equidem ex Roberti coniectura, quam benigne mecum communicavit, *καὶ ἀέρος* inserui. Quo efficitur, ut Herodoti verba optime ex Pausaniae eluceant: aperte enim reddunt verba *ἀέρος κράσεως* Herodoteum *οὐρανοῦ*. Praeterea facillime fieri potuit, ut verba *καὶ ἀέρος* ante *κράσεως* (verbum iisdem fere litteris compositum) praetermitterentur.

LIBER VIII.

1. Paus. VIII. 24, 11. *τὰς δὲ Ἐχινάδας νήσους ὑπὸ τοῦ* 110
Ἀχελῴου μὴ σφᾶς ἤπειρον ἄχρι ἡμῶν ἀπειργάσθαι γέγονε δι' αἰτίας τὸ Αἰτωλῶν ἔθνος.

Haec utrum Herodoto an Thucydidi respondeant dubito. Cum enim Her. II. 10 diceret *Ἀχελῴου, ὃς ῥέων δι' Ἀκαρνανίης καὶ ἐξιεὶς ἐς θάλασσαν τῶν Ἐχινάδων νήσων τὰς ἡμίσεας ἤπειρον ἤδη πεποίηκε,* hic II. 102 ita locutus est: *κεῖνται δὲ καὶ τῶν νήσων τῶν Ἐχινάδων αἱ πολλαὶ καταντικρὺ Οἰνιάδων, τοῦ Ἀχελῴου τῶν ἐκβολῶν οὐδὲν ἀπέχουσαι. ὥστε μέγας ὢν ὁ ποταμὸς προσχοῖ ἀεί, καὶ εἰσὶ τῶν νήσων αἳ ἠπείρωνται· ἐλπὶς δὲ καὶ πάσας οὐκ ἐν πολλῷ τινι ἂν χρόνῳ τοῦτο παθεῖν.*

Excusare videtur Acheloum, quod propter Aetolorum negligentiam Thucydidis praedicto satisfacere non potuerit.

2. Paus. VIII. 27, 14 (de Persarum classe ab Borea dispersa) 111
= Her. VII. 188 sq. cf. n. 29.

3. Paus. VIII. 38, 3. *πηγή, ἣ κατὰ τὰ αὐτὰ ποταμῷ τῷ Ἴστρῳ πέφυκεν ἴσον παρέχεσθαι τὸ ὕδωρ ἐν χειμῶνι ὁμοίως καὶ ἐν ὥρᾳ θέρους.*

Her. IV. 48. *Ἴστρος μέν, ἐὼν μέγιστος ποταμῶν πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἴσος ἀεὶ αὐτὸς ἑωυτῷ ῥέει καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος.* 112

4. Paus. VIII. 43, 6. *δόξῃ δὲ ἐμῇ καὶ τὸ ὄνομα τὸ Κύ-* 113
ρου φέροιτο ἂν τοῦ πρεσβυτέρου (Antoninus Pius), *πατὴρ ἀνθρώπων καλούμενος.*

Her. III. 89. *λέγουσι Πέρσαι ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος, Καμβύσης δὲ δεσπότης, Κῦρος δὲ πατήρ.*

5. Paus. VIII. 45, 3. *Λακεδαιμονίους τε οἱ Τεγεᾶται* 114
πρῶτοι Ἀρκάδων σφίσιν ἐπιστρατεύσαντας ἐνίκησαν, καὶ αἰχμαλώτους αἱροῦσιν· αὐτῶν τοὺς πολλούς.

Haec respiciunt ad Her. I. 66, cf. nn. 68; 100.

6. Paus. VIII. 54, 6. *ἀπωτέρω δὲ ὀλίγον Πανός ἐστιν* 115
ἱερόν, ἔνθα Φιλιππίδῃ φανῆναι τὸν Πᾶνα καὶ εἰπεῖν τὰ πρὸς αὐτὸν Ἀθηναῖοί τε καὶ κατὰ ταὐτὰ Τεγεᾶται λέγουσι.

Her. VIII. 33, cf. n. 6.

LIBER X.

1. Paus. X. 28, 6. *ἐδήλωσε δὲ καὶ ὁ Μῆδος Δᾶτις* (pristini 116
temporis pietatem) *λόγοις τε, οὓς εἶπε πρὸς Δηλίους, καὶ τῷ*

ἔργῳ, ἡνίκα ἐν Φοινίσσῃ νηῒ ἄγαλμα εὑρὼν Ἀπόλλωνος ἀπέδωκεν αὖθις Ταναγραίοις εἰς Δήλιον.

Datidis ad Delios orationem refert Herodotus VI. 97; Apollinis autem statuam inventam esse iisdem fere quibus Pausanias verbis narrat VI. 118.

117 2. Paus. X. 33, 2. *Μιλήσιοι δὲ διὰ τὸ ἐς τὰς ἐπιθυμίας Ἑστιαίου πρόχειρον καὶ ἔρωτα ἄλλοτε μὲν τῆς ἐν Ἠδωνοῖς πόλεως, τότε δὲ εἶναι Δαρείου σύμβουλον, ἄλλοτε δὲ ἐπανήκειν ἐς Ἰωνίαν* (sc. *ἐς τελέαν ἀπώλειαν ὤλισθον*).

Histiaeum cum in numero habeat eorum, qui suis sceleribus cives suos perdiderint, Pausanias aperte reiicit lectorem ad ea quae Herodotus de illo in libris IV.—VI. passim, maxime autem V. 11; 24; 35, dixit. Hoc animadvertit iam Facius in editione sua, et Schubartus ipse ('*z. f. alt.*' 1851, p. 291) confirmavit.

118 3. Paus. X. 35, 2. *Θεῷ δὲ τῷ ἐν Ἄβαις οὐχ ὁμοίως Ῥωμαῖοί τε ἀπένειμαν τὰ ἐς τιμὴν καὶ ὁ Πέρσης, ἀλλὰ Ῥωμαῖοι μὲν εὐσεβείᾳ τῇ ἐς τὸν Ἀπόλλωνα Ἀβαίοις δεδώκασιν αὐτονόμους σφᾶς εἶναι, στρατιὰ δὲ ἡ μετὰ Ξέρξου κατέπρησε καὶ τὸ ἐν Ἄβαις ἱερόν.*

Persas Apollinis Abaei templum combussisse Herodotus periegetae nostro suppeditavit, cf.

Her. VIII. 33. *κατὰ δὲ* (*ἔκαυσαν* sc.) ...... *καὶ Ἄβας, ἔνθα ἦν ἱρὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον,* ...... *καὶ τοῦτο τὸ ἱρὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν.*

Qualem Romanorum pietatem designare velit, elucet ex sequentibus verbis, quibus Hadrianum Apollini Abaeo templum condidisse dicit. Templum hoc ab homine Romano exstructum periegetam excitavit, ut populi Romani compararet liberalitatem cum barbarorum crudelitate ab Herodoto narrata. —

Exemplis perlustratis explorationisque via confecta demonstrasse nobis videmur Pausaniam ubicunque fieri potuisset Herodoto aut usum esse aut frustula ex libris eius desumta inseruisse; plerumque hae minimae sunt particulae, seu in narrationibus historicis collocatae seu in ipsa descriptione ad monumentum aliquod illustrandum adhibitae. Frequentior hic Herodoti usus in prioribus fuisse apparet libris tribus, praecipue autem in tertio, ubi segmenta quoque longiora periegeta mutuatur. Quae cum ita sint, magni momenti est animadvertere Herodotum re vera fontem fere nunquam esse; semper alius auctor primarius fons habendus est, Herodotus secundum obtinet locum. At cum primarii fontes

suapte natura in singulis variae materiae libris variae sint, Herodotus perpetuus itineris socius est periegetaeque tam in sententiis conformandis verbisque eligendis exemplum imitandum quam adsiduus iudicandi narrandique auctor, cuius quamvis nonnunquam vituperati tamen vestigia sequi consuevit.

III.

PAUSANIAS IMITATOR HERODOTI.

Pfundtnerum dissertatione sua magna cum diligentia composita omnem de imitatione dubitationem sustulisse quicunque sani iudicii est concedet. Mihi vero liceat congestam a Pfundtnero exemplorum molem, praesertim sententias utrique scriptori communes, aliquantum pro virili parte augere. Sequar autem Pfundtneri ordinem, ut facilius exempla perspici possint.

Pars prior.

I. **de credulitate.** Adde Paus. I. 41, 4 cum Porsoni coniectura (*ἕψομαι* pro *εὕρωμαι*).

II. **de fato.** (*ὁ δαίμων*) *ἀπῆγεν.* Paus. III. 6, 1; IX. 7, 3. Cf. *ἀπήνεικε* Her. III. 66; VI. 27.

Huc etiam pertinet illud *κατέλαβε ἀποθανεῖν*, quod infra Pfundtnerus commemoravit, cui addas Paus. I. 13, 5; 29, 6; II. 6, 3; 30, 7, III. 10, 5; VII. 24, 7. Her. III. 65.

τὸ χρεὼν κατέλαβε, ἐπέλαβε, ἀπέτρεψέν οἱ etc. Paus. I. 11, 4; 20, 7; II. 9, 4; 16, 3; 30, 7; VII. 3, 1. Her. VII. 17. Cf. Paus. I. 9, 3 (*ἐπέλαβε μοῖρα ἡ καθήκουσα*).

ἔδεε c. acc. c. inf.: adde Her. V. 33; VIII. 53; IX. 109. similiter *χρῆν* Her. I. 8. Paus. I. 19, 4; 32, 6; II. 29, 7.

φθόνος θεῶν: adde Paus. II. 1, 5; VI. 8, 6; cf. VIII. 24, 13.

III. **aliae de deis sententiae.**

μήνιμα: Paus. IX. 13, 5.

προσημαίνειν: Paus. IX. 6, 2; 20, 10. Her. I. 45; praeterea Herodoteum colorem produnt Paus. I. 17, 1; III. 6, 1.

de mysteriis: Paus. I. 37, 4, cf. Her. II. 51. (G. Krueger, theologumena Pausaniae.) Cf. Paus. I. 14, 3; 38, 7; II. 3, 4; 17, 4; IV. 33, 4.

de somniis: ἔδοξεν ἐπιστῆναι. Paus. I. 21, 1; 2; IV. 26, 6; VIII. 28, 5; IX. 23, 2. Her. I. 34; 38; II. 141; V. 56.

Pars altera.

Caput I.

I. epanalepsis: adde Paus. II. 26, 5. Her. I. 86; III. 23; VI. 105, cf. O. Storch, syntaxeos Pausanianae particula I. De anacoluthis. Vratisl. 1869. diss. p. 6.

IV. ὁ δὲ initio apodoseos positum: adde Paus. II. 13, 6; III. 6, 8; IV. 6, 2; 7, 1; VIII. 1, 6; X. 28, 4. Her. I. 196; IV. 65; 99, cf. O. Storch, syntaxis Pausaniana. Waldenburg. 1872. 4. (progr. gymn.) cap. II.

V. verbi repetitio emphatica: adde Paus. I. 2, 5; 16, 3; 44, 7; II. 6, 2; 17, 4; 21, 9; X. 32, 10.

VI. ὡς λέγουσι c. inf.: adde Her. IV. 5.

Caput II.

I. 1, 5. ἔχειν ἐς: adde Paus. I. 11, 6; 18, 1; 19, 5; 26, 7; V. 3, 6.

2, 2. ἐφ' ἑαυτοῦ: adde Paus. II. 11, 3; 15, 5. Her. V. 98.

ἐπὶ c. dat. ad consilium significandum: adde Paus. IV. 26, 3. Her. II. 162; III. 14; V. 18; VI. 67; IX. 82.

ἐπὶ πλεῖστον c. gen. et verbo ἔρχεσθαι vel similibus: adde Paus. I. 5, 5. Her. VI. 127.

ἐς c. acc. plur. personae: Paus. IX. 13, 11. Her. I. 78; 81; IV. 147 sq.; VIII. 8; 26.

2, 6. ὑπὸ c. acc. ad temporis rationem explicandam: Paus. I. 23, 3; 44, 4; IV. 5, 10; 14, 3; 23, 1; VIII. 41, 9; 51, 1; IX. 5, 13; X. 25, 5. Her. I. 51; II. 36; 142; VI. 2; VII. 165; IX. 51; 58; 60.

κατὰ κῆδος: Paus. IX. 5, 17. Her. VII. 189.

3, 7. ἐς ὃ temporale: adde Paus. I. 41, 5. Her. II. 116.

8. ὁμοίως καὶ: adde Her. VI. 21.

9. ἐπείτε: Paus. I. 2, 1; 20, 3; 22, 3; 23, 2 etc. Her. II. 56 etc. cf. O. Storch progr. cap. II.

4, 1. pronomen abundans: adde Paus. X. 26, 4. Her. VII. 12, 5.

2. οἱ pro αὐτοῦ: adde Paus. I. 7, 3; 11, 4; VIII. 44, 5.

I. 5, 2. ὁμοίως cum πᾶς coniunctum: adde Paus. I. 33, 5; VIII. 27, 9. Her. II. 39; VII. 145.

3. οὕτω δή τι: adde Paus. X. 28, 1. Her. IV. 28.

6. πλὴν οὐ: Paus. I. 34, 2; III. 21, 1. Her. VI. 31.

7. ἀρχὴν = omnino, sed sine negatione: Paus. II. 16, 4. Her. I. 9, cf. Storch progr. cap. I.

8. τὸ ἀνέκαθεν: Paus. I. 3, 1; II. 18, 7; 37, 3; IV. 3, 4; V. 25, 12; IX. 27, 1. Her. I. 170; V. 25, 12; IX. 27, 1. Her. I. 170; V. 55; 65; VI. 35; 125.

9. μετὰ δὲ (sc. ταῦτα): Paus. IV. 7, 6 etc. Her. I. 128; 171; V. 24, cf. Luc. Gymnas. 1.

10. ὡσαύτως c. dat.: Paus. VI. 3, 16. Her. IX. 77.

ὡς δ' αὔτως (apud poetas inde ab Homero usitatum): Paus. V. 24, 5. Her. I. 215; II. 67 etc.

II. 1, 1. θαῦμα ποιοῦμαι: adde Paus. I. 13, 9. Her. IX. 58.

σπουδὴν ποιεῖσθαι: cf. Paus. IV. 16, 3. Her. IX. 8.

ἔχειν ἐν γαστρί: Paus. II. 22, 6; 28, 5.

πᾶσα ἀνάγκη: Her. I. 137.

ἐς πᾶν ἀφικνεῖσθαι c. gen.: Paus. I. 6, 6; 9, 7.

μὲν ......, λέγουσι δ' οὖν (ὅμως): Paus. II. 19, 8.

πολέμῳ παραστῆναι: Paus. VIII. 27, 1. Her. VI. 140, cf. παραστήσασθαι Paus. I. 9, 3. Her. III. 45; 155; IV. 136; V. 65; VIII. 80 et προσκαθέζεσθαι Paus. IV. 7, 6; 20, 10; VII. 8, 1; 15, 2; VIII. 39, 3. Her. V. 104.

τὸ μηδὲν εἶναι: Paus. I. 29, 11. Her. I. 32; IX. 79, cf. Lucian. Pisc. 25.

μεγέθει μέγας, σμικρός: Paus. II. 10, 2; 34, 11; IX. 2, 7. Her. II, 74; IV. 52.

γραφῇ μεμιμημένος: Paus. V. 11, 2; VI. 25, 4; IX. 35, 6; X. 26, 6 etc.

ἐκδέχεσθαι = succedere: Paus. I. 2, 6 etc. Her. I. 1; 16; 26; 107 etc.

ἄγεσθαί τινι γυναῖκα: Paus. I. 9, 6. (ducere alicui uxorem.)

ἑορτήν, θυσίαν ἀνάγειν: Paus. I. 14, 4; IX. 3, 5. Her. II. 60; 61; VI. 111.

ὅστις δ' οὐκ εἶδέ πω: Paus. I. 21, 6. Her. IV. 81.

φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκε: Paus. I. 30, 1, cf. Her. III. 75.

τὸν ὄντα λόγον: Paus. I. 35, 8; 41, 5; VI. 7, 7 etc. Her. I. 30; 116 etc.

ἔδωκεν οἰκῆσαι: Paus. I. 39, 4. Her. III. 159, cf. Paus. I. 2, 3. Her. VI. 14.

ἐξεγένετό οἱ τιμωρήσασθαι: Paus. I. 28, 6; III. 4, 6; 15, 5; 17, 9; VII. 17, 4; X. 34, 2. Her. III. 8.

ταύτην Λακεδαιμόνιοι πρώτην ἔξοδον ἐποιήσαντο: Paus. IV. 5, 10, cf. Her. III. 56.

τὰ ἱερὰ καὶ τὰς πατρίδας ἐμπρήσεσθαι: Paus. IV. 7, 10. Her. VI. 9.

οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα εἰσί: Paus. IV. 29, 7. Her. I. 146.

ἔρχομαι διηγησόμενος: Paus. X. 19, 3, cf. *ἔρχομαι ἐρέων* Her. I. 5; 122; 194; II. 11; 35; 40; 99; III. 6 etc. huc etiam pertinet *προσέσται μοι τῇ ἐς... συγγραφῇ*. Paus. VI. 3, 8, et *ἐπεξῆλθέ μοι ἡ συγγραφή* similia: Paus. I. 25, 6; III. 10, 5; 11, 8; 19, 1. Her. IV. 145.

περιέρχεσθαί τινα τέχνῃ similia: Paus. VI. 18, 2. Her. III. 4.

αὐτὸς ἄγγελος ἧκε: Paus. VII. 16, 6. Her. I. 79.

εἶχε τὸ πᾶν κράτος: Paus. VII. 1, 5; VIII. 3, 1. Her. III. 69; VII. 96.

γνώμην συμβάλλεσθαι: Paus. VIII. 8, 5. Her. V. 92.

ἑσπέρα καὶ ἡλίου δυσμαί: Paus. VIII. 17, 6. Her. II. 31; III. 98.

ἐσθῆτα φλοΐνην καταπλέξαντες: Paus. VIII. 22, 5. Her. III. 98.

ὑφιέναι c. gen. = remittere: Paus. VIII. 42, 3. Her. I. 156; III. 52; IV. 181; VII. 162; IX. 4.

ζῶσα εὐλέων ἐξέζεσε: Her. IV. 205, cf. Paus. IX. 7, 2; 33, 6.

παρασκευάζεσθαι ὡς πολιορκησόμενον (= *πολιορκηθησ.*): Paus. IX. 13, 6. Her. V. 34.

ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιεῖσθαι: Paus. X. 18, 3. Her. III. 50; VII. 114; 57; cf. I. 4; 13; 115; 117; 213; III. 25; V. 105; VI. 13; 58; 218; 156; IX. 7.

κακὰ ἀναπιμπλάναι: Paus. X. 28, 5. Her. V. 4 etc.

ἀναμάσσειν = poenas dare: Paus. X. 33, 2. Her. I. 155.

Σόλων ὁ τοὺς νόμους Ἀθηναίοις γράψας: Paus. I. 16, 1. Her. I. 29.

Φίλαιον ...... γενόμενον ὑπ' αὐτῶν Ἀθηναῖον: Paus. I. 35, 2. Her. VI. 35.

Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ: Paus. VI. 14, 3; cf. V. 22, 3. Her. IX. 92.

αὕτη καλοῖτο ἂν ὀρθῶς στρατεία τῶν Ἡρακλειδῶν ἐς Πελοπόννησον ἐπὶ Ὀρέστου βασιλεύοντος: Paus. I. 41, 2. Her. V. 76 (*οὗτος ὁ στόλος ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος Ἀθηναίων ὀρθῶς ἂν καλέοιτο*).

II. 1, 2. *ἐπὶ τοσοῦτον ἐδήλωσεν:* adde Paus. IV. 30, 6; VI. 6, 11.

ἄγειν ἐν τιμῇ: adde Paus. I. 27, 9; X. 28, 3. Her. II. 172.

αἰτίαν ἐπιφέρειν: adde Her. IV. 166.

εἰς τὸ δέον: adde Paus. I. 40, 4. Her. I. 32; 119; 186.

τὰ πάντα ποιεῖσθαι: adde Her. VII. 186.

οἱ ἀποσεμνύνοντες: Paus. II. 6, 4; IV. 18, 5; V. 1, 9. cf. Her. I. 95.

ἐκτὸς (ἐντὸς) αὐτοῦ: Paus. VII. 25, 4; VIII. 34, 3. Her. VII. 47.

2, 1. *σιναμωρεῖν* = devastare: Paus. II. 32. 4. Her. I. 152; VIII. 35.

γνωσιμαχεῖν: Paus. IX. 7, 4. Her. III. 25; VII. 130; VIII. 29.

2. *αἱμασιά:* adde Her. I. 180; II. 59; VI. 74; 134; VII. 60.

λῆξις: adde Paus. II. 24, 4.

ἔλυτρον κρήνης: Paus. II. 27, 7; VII. 27, 4. Her. I. 185; IV. 173.

πάλος: Paus. IV. 3, 5. Her. III. 80; IV. 94; 153.

κατὰ τέλη = turmatim: Paus. IV. 28, 5. Her. I. 103; VII. 87; 211; IX. 20; 22; 23; 33.

ποίημα = opus aere confectum: Paus. III. 23, 9; IX. 10, 2; X. 26, 5. Her. II. 135; IV. 5; VII. 84; praeterea apud Lucianum aliosque posterioris aetatis scriptores invenitur.

ἐπαγωγός: adde Paus. I. 21, 1.

ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς: Paus. IX. 1, 4. Her. I. 205; III. 150; IV. 120; V. 37; VII. 205.

τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων: Paus. IX. 3, 8. Her. VIII. 137.

οὐκ ἀπέχρη ......, ἀλλὰ σφᾶς πόθος εἶχεν: Paus. IV. 25, 1. Her. I. 66.

ἐπιλέγεσθαι: adde Paus. I. 12, 2; 22, 7; 37, 4; II. 2, 2; IX. 29, 1; X. 24, 3; 25, 2.

προςκεῖσθαι: Paus. II. 21, 10; IV. 9, 3. Her. IV. 11.

ἔργον πρόσκειται: Paus. V. 13, 3. Her. I. 83; 118; II. 83; VI. 57; VII. 36.

στέλλεσθαι = proficisci: Paus. I. 2, 3; 34, 4.

παρευρεῖν: Paus. IX. 5, 3. Her. I. 26.

χωρεῖν = evenire: Paus. I. 8, 4; VII. 9, 5. Her. III. 39; 42; VII. 10β.

ἀπολαμβάνειν = recuperare: Paus. I. 23, 3. Her. I. 61, cf. Siebelisium (*'Hall. lit. ztg.'* 1839 p. 232).

συσπεύδειν = partes alicuius sequi: Paus. II. 19, 8; III. 7, 11; 8; 10; IV. 5, 7. Her. I. 92.

ἐθέλειν de rebus inanimis usurpatur: Paus. III. 26, 3. Her. I. 109; II. 11.

προσποιεῖν = attribuere: Paus. VI. 15, 1. Her. IX. 37.

διαπέμπειν ἐς τὰς πόλεις: Paus. VI. 18, 5; Her. VI. 48.

ἡ ψῆφος (γνώμη) προσγίγνεται: Paus. IX. 13, 7. Her. VI. 110.

προσφέρεσθαί τινι = aggredi aliquem: Paus. IX. 13, 9, cf. IV. 16, 2. Her. V. 34; 109; 111; 112; IX. 49; 71.

ἐσποιεῖν = in libris interpolari: Paus. IX. 27, 2. cf. Her. VII. 6.

παρεξέρχεσθαι: Paus. X. 28, 4. Her. III. 14; VI. 117.

τελεῖν ἐς Ἕλληνας (Ἴωνας etc.): Paus. V. 25, 12; VII. 2, 10. Her. II. 51; VI. 53; 108.

ὁπλιτοδρομεῖν ἀσκήσας = *ὁπλιτοδρόμος:* Paus. I. 23, 9. Her. IX. 33 (*ἀσκέων πένταθλον*).

Praeterea Pausanias his fere locis integras Herodoti narrationes imitatur, ita quidem ut *λόγος* aliunde repetitus Herodoti more narretur; neque enim veri est simile futurum fuisse ut hae fabellae loco alicui tribuerentur a periegeta, nisi iam vestigia vel historiam Herodoteae similem repperisset.

1. Boreas socius belli: Paus. VIII. 27, 14; 36, 6. Her. VII. 189.
2. de arte laqueis pugnandi: Paus. I. 21, 5. Her. VII. 85.
3. de Herculis immortalitate et sacris: Paus. II. 10, 1. Her. II. 44.

4. quomodo paludis Alcyoniae (Nili) profunditatem emensi sint homines: Paus. II. 37, 5 sq. Her. II. 28.

5. Messenii (Athenienses) cursu aggredientes: Paus. IV. 8, 1. Her. VI. 112.

6. de animae immortalitate: Paus. IV. 32, 4 ab Her. II. 123 re quidem discrepat, verba autem eius imitatus est.

7. ἡ θάλασσα ἡ πρὸς Αἴνῳ πόλει: Paus. V. 27, 12. Her. IV. 90.

8. fabula de Rhampsiniti aerario ab Herodoto II. 121 sqq. narrata apud Pausaniam quoque IX. 37, 5 sqq. iisdem fere verbis invenitur, sed ad Trophonium et Agamedem Apollinisque Delphici thesaurum translata. Quam translationem ab ipso Pausania confectam esse cum Valckenaerio negaverim, praesertim cum eandem fabellam Charax (schol. Ar. Nub. 508) de iisdem quidem hominibus, sed de Augiae aerario tradat. Immo crediderim eum vel legisse vel audivisse narrationem Herodoteae similem, quam Herodoti vestigia secutus reddidisset.

9. De Hannibalis in terra Libyssa morte narratio: Paus. VIII. 11, 11 imitatur ea quae Herodotus III. 64 de Cambysis morte refert.

10. expeditiones enumerans Atheniensium aliorumve Paus. VII. 22 et saepius imitatus est Her. V. 76.

11. de Gallorum adversus Delphos expeditione Pausanias disserens X. 22, 12 sqq. imitatus est quae de Persarum expeditione Herodotus narravit VIII. 35—39. Praeterea autem eum in huius expeditionis adversus Delphos susceptae descriptione colorem Herodoteum sententiis quoque aliunde repetitis auxisse demonstravit Fridericus Reuss ('*Hieronymus v. Kardia*'. Berol. 1876. 8.). Sunt autem hae:

1. Phylacus heros adiutor Delphorum; Paus. I. 4, 4; X. 8, 7; 23, 2. Her. VIII. 36 sq.; 38 sq.

2. Gallorum equitatus comparatur cum Persarum immortalibus. Paus. X. 19, 10 sq., cf. Her. VII. 83.

3. Anopaea callis per Oetam montem ducens: Paus. X. 22, 8. Her. VII. 213—218.

EPIMETRUM I.

DE PROCLE CARTHAGINIENSI.

Procles Eucratis filius Carthaginiensis ab solo Pausania laudatur, et id quidem duobus locis II. 21, 6 et IV. 35, 4. Cum autem id agamus, ut quo Procles tempore vixerit, et qualis fuerit eius liber indagemus, videamus quid ex fragmentis disci possit. Sunt enim haec:

1.

(Dicitur Medusa lacus Tritonidis accolarum regina ab Perseo hostium duce noctu interfecta esse; tum Perseum ferunt, admirantem etiam mortuae pulcritudinem, caput secum in Graeciam duxisse.) *Καρχηδονίῳ δὲ ἀνδρὶ Προκλεῖ τῷ Εὐκράτους ἕτερος λόγος ὅδε ἐφαίνετο εἶναι τοῦ προτέρου πιθανώτερος. Λιβύης ἡ ἔρημος καὶ ἄλλα παρέχεται θηρία ἀκούσασιν οὐ πιστὰ καὶ ἄνδρες ἐνταῦθα ἄγριοι καὶ ἄγριαι γίνονται γυναῖκες· ἔλεγέ τε ὁ Προκλῆς ἀπ' αὐτῶν ἄνδρα ἰδεῖν κομισθέντα ἐς Ῥώμην. εἴκαζεν οὖν πλανηθεῖσαν γυναῖκα ἐκ τούτων καὶ ἀφικομένην ἐπὶ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνίδα λυμαίνεσθαι τοὺς προσοίκους, ἐς ὃ Περσεὺς ἀπέκτεινεν αὐτήν. Ἀθηνᾶν δέ οἱ συνεπιλαβέσθαι δοκεῖν τοῦ ἔργου, ὅτι οἱ περὶ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνίδα ἄνθρωποι ταύτης εἰσὶν ἱεροί.*

Paus. II. 21, 6.

2.

τὰ δὲ ἐς Πύῤῥον τὸν Αἰακίδου πρότερον ἔτι ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Ἀθηναίους ἐδήλωσα. Προκλῆς δὲ ὁ Καρχηδόνιος τύχης μὲν χρηστῆς ἕνεκα καὶ διὰ λαμπρότητα ἔργων ἔνεμεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου πλέον, τάξαι δὲ ὁπλίτας τε καὶ ἱππικὸν καὶ στρατηγήματα ἐπὶ ἄνδρας πολεμίους εὑρεῖν Πύῤῥον ἔφασκεν ἀμείνονα γενέσθαι.

Paus. IV. 35, 4.

Initium fragmenti 1 ex Herodoto haustum esse iam vidimus: proculdubio ipse Pausanias Proclis verbis commiscuit. Tum Proclis ipsius verba audimus, quibus Persei mythum interpretari studet; ait enim se vidisse Romam allatos homines feros, quos sibi persuasisset causam fuisse, ut Medusae fabula in lacus Tritonidis regione collocaretur. Qua ex re concludere possumus scriptorem aliquo tempore Romae vixisse. Altero fragmento comparantur inter se Pyrrhus et Alexander Magnus; quae comparatio redit ad Hannibalis apophthegma quoddam, ab Romanis certe inventum, narratum autem iam belli Punici aetate, ut ex Livio discimus, qui XXXV. 14 Hannibalem omnium primum imperatorem iudicavisse Alexandrum Magnum narrat, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset, secundum Pyrrhum, qui castra metari primus docuisset praesidiaque optime disposuisset, tertium se ipsum. Cui cum Scipio, qui eum Ephesi convenerat, respondisset: 'quid si ego te non superassem?' illum dixisse se tum non tertium se sed primum ducem habiturum fuisse. Quam narratiunculam se ex Claudio quodam habere Livius profitetur, quem Claudium fuisse Quadrigarium verisimile est[97]), hunc autem Graecos C. Acilii libros in Latinum sermonem vertisse. Liviana autem fabella multi scriptores usi sunt, sed unusquisque ad suum usum adcommodavit; velut Lucianus qui, ut hanc de rei militaris principatu controversiam illuderet, dialogo mortuorum vigesimo Hannibalem cum Alexandro de principatu certantem facit. Quam rixam Minos Scipionis consilio ita dirimit, ut summum imperatorem Alexandrum esse dicat, secundum Scipionem, tertium Hannibalem. Quod Lucianus Pyrrhi nomen omisit, factum est, ne eiusdem litis ter repetitae lectores taederet. Contra Plutarchus Flaminin. 21 accuratissime Livii vestigia pressit, cum idem Plutarchus in Pyrrho cap. 8 Pyrrhum ab Hannibale prudentia reique militaris peritia primum iudicatum esse[98]), secundum Scipionem, tertium Hannibalem ipsum diceret eodemque modo se hoc in Scipionis vita narrasse affirmaret. Ubi Alexandrum ideo praetermisisse potest, quod Epiri regem celebrare voluit; ceterum non tam summum imperatorem quam rei militaris peritissimum non aliter ac Pausanias dicit. Videtis quam nota fuerit saeculo

---

[97]) cf. Mommseni '*römische forschungen*' II. p. 427.

[98]) Quisquis auctor comparationis fuit, recordatus est certe Pyrrhi de re militari librorum, qui Ciceronis tempore ferebantur, cf. Cic. ad fam. IX. 25.

secundo haec narratiuncula; quodnisi a Pausania Proclis Carthaginiensis nomen fictum esse coniicere volumus, ut Robertus Hegesinoi Atthidem Chersiaeque poëmata a Callippo Pausaniae auctore ficta esse contendit[99]), facere non poterimus quin eum scriptorem fuisse ignotum nostrique aevi saeculo secundo ineunte vixisse credamus; Livium enim ab eo exscribi vidimus, praeterea autem neque verisimile est hominem Graecum Graeco patre natum, Carthagine autem oriundum Romae vixisse ante Carthaginem ab Augusto Caesare restitutam, neque Libyae portenta Romam allata esse ante primum a. Chr. n. saeculum. Quod si verum habebimus, alia huius scriptoris in Pausaniae libris vestigia quaeremus; at hic in Atticis auctoris ignoti alicuius mentionem facit. I. 12, 2. *ἔστι δὲ ἀνδράσι βιβλία οὐκ ἐπιφανέσιν ἐς συγγραφὴν ἔχοντα ἐπίγραμμα ἔργων ὑπομνήματα εἶναι. ταῦτα ἐπιλεγομένῳ μοι μάλιστα ἐπῆλθε θαυμάσαι Πύῤῥου τόλμαν τε, ἣν μαχόμενος αὐτός [τε] παρείχετο, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀεὶ μέλλουσιν ἀγῶσι πρόνοιαν· ὃς καὶ τότε περαιούμενος ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν Ῥωμαίους ἐλελήθει κτλ.*

Haec nonne optime ad Proclis fragmentum 2 quadrant? Quae enim ibi de Pyrrho cum Alexandro comparato laudantur, hic factis illustrantur; quin etiam commemoratur primi libri de Pyrrho narratio. Itaque temere agere mihi non videor, si referenda esse verba I. 12, 2 ad Proclem Carthaginiensem, Proclisque librum inscriptum fuisse *ἔργων ὑπομνήματα* contendo. At qualem scripsit librum Carthaginiensis ille? Quid sibi volunt *ἔργων ὑπομνήματα*? Fuit sane rerum mirabilium narratio, quae certe etiam Pyrrhi historiam rettulit; quae autem de Medusa ex Procle exscribit Pausanias, loco nescio quo historiae inserta erant. Cum autem Hieronymum Cardianum in Pyrrhi vita describenda Pausaniae fuisse fontem Reussius demonstravit[100]), illi nunc Proclem quoque Carthaginiensem addere debemus.

---

[99]) 'de Gratiis Atticis' in comment. Momms. (5). Tum fragmenti primi partem ex Herodoto partem ex ipsius scriptoris memoria haustam (vidit enim Romam Pausanias, cf. VIII. 17, 3.) diceremus, fragmentum alterum ex Livio.

[100]) cf. Friderici Reuss '*Hieronymus von Kardia. studien zur geschichte der diadochenzeit.*' Berolin. 1876. 8.

EPIMETRUM II.

DE LEONIDA BYZANTIO.

Fabulam quae de Arione citharoedo clarissimo ferebatur breviter apposita Herodoti auctoritate ab Pausania III. 25, 7 commemorari iam vidimus (cap. I. n. 8); cui subiungens alteram de delphini mansuetudine historiolam cum illam ab Herodoto fama tantum acceptam esse dicat, hanc se ipsum Poroselenae, Aeolidis insula quadam, vidisse affirmat. Delphinum enim quondam ab piscatoribus vulneratum, cum pueri cuiusdam ope sanatus esset, tantam huic rettulisse gratiam, ut vocanti obediret tergoque eum reciperet quotienscunque vellet. Qua cum fabella Hercherus[101]) bene comparavit quae de eadem re Aelianus de N. An. II. 6 fere congruentia narravit. Fontem sibi fuisse quoniam professus est Aelianus Leonidam Byzantium, qui ipse rem vidisset, conclusit Hercherus, ut par erat, scriptorem illum haud admodum notum eodem quo Pausanias vixisse tempore. Tamen aliter rem sese habere videbimus, si omnes eiusmodi quae apud veteres ferebantur historias examinaverimus. Redeunt enim hae fabulae de delphinorum erga pueros amoribus narratae usque ad Alexandri Magni tempora; ipse Aristoteles cum H. An. IX. 48 Bekk. Tarenti puerum a delphino amatum esse diceret, primus fuit, qui talia nobis tradidit; quae Antigonus, stipator eius fidelissimus, paene ad verbum repetivit (c. 60). Similia ab Theophrasto narrari Plinius (N. H. VIII. 28 Detl.) nec non Gellius (Noct. Att. VII. 8) commemorant: Naupacti enim delphinum pueri mortui dolore diem supremum obiisse. Qua cum fabulae forma quippe quae amore delphini in luctum converso recentioris iam temporis specimen prae se ferat, coniungere debemus ea quae Plinius (N. H. IX. 26) atque Aelianus (de N. An. VI. 15) Alexandri tempore factum esse commemorant: Iasi in urbe Cariae delphinum pueri cuiusdam

[101]) Fleckeis. ann. 1856 p. 688.

amore ita exarsisse, ut dorsum ei ascendendum praebuisset extinctoque puero et ipse expirasset, — quod ab eodem Theophrasto tradi recte forsitan conieceris. Sequenti tempore aliae quoque accedebant historiolae, quibus idem tractatur argumentum[102]); Alexandrinorum aetatis scriptores materiam sibi arripuisse ex Aeliano (de N. An. VI. 15) discimus, qui Alexandriae quoque Ptolemaeo Philadelpho regnante innotuisse delphini erga puerum pulcrum amores memoriae prodit. Eodem fere tempore Arionis fabula videtur in eam formam redacta esse, qua nunc habemus, coniunctaque cum illis narrationibus amatoriis[103]), quae de delphinis puerisque ferebantur. Postea etiam Romani Augusti aetate rem adgressi sunt, ut saepissime, sic in hoc quoque fabularum genere Alexandrinorum aemulatores. Et facere quidem non potuerunt, quin Italicam quòque eiusmodi fabellam sibi fingerent Italiaeque eam loco quodam, Puteolis nimirum, accidisse contenderent; quod ita efficiebant, ut narrationis partibus aliis aliunde conquisitis historiam componerent diversam quidem ab omnibus aliis, sed cum iis cognatione quadam coniunctam. Paullo post integri quoque componuntur talium fabularum catalogi, quorum tres nobis servati sunt apud Plinium (N. H. VIII. 24—28) Aelianum (de N. An. II. 6; VI. 15; VIII. 11) Gellium (Noct. Att. VII. 8). Sed manifesto nec Gellius nec Plinius neque etiam Aelianus ipsi hasce historiolas ex pristinae aetatis reliquiis collegerunt, cum et Plinius se ex maiori indice exemplorum numerum tantum desumpsisse ipse disertis verbis affirmaret, et Apionem Gellius, Aelianus autem Leonidam Byzantium sibi auctores fuisse profiterentur. At certe Apio in Aegyptiacis suis, quorum ex libro quinto Gellius sua deprompsit, occasionem non habuit colligendi tales fabulas (immo eas, sicut etiam Plinius, ex ampliore catalogo elegit), cum aptissimus esset ad hunc indicem conficiendum Leonidas. Libro eius, cui Halieutica fuit nomen, saepissime Aelianus (nec non Athenaeus) usus est; qui liber certe optimam occasio-

---

[102]) Omnium quae feruntur de delphinorum amore fabularum hic est index: puer amatur Tarenti (Aristot. H. An. IX. 48. Antig. Caryst. 60.) Iasi Plin. N. H. VIII. 27. Aelian de N. An. VI. 15; VIII. 11.) Puteolis (Plin. VIII. 24 sq. Gellius Noct. Att. VII. 8.) Naupacti (Plin. VIII. 28. Gell. VII. 8) in Amphilochorum finibus (Plin. VIII. 28.) Alexandriae (Aelian. VI. 15) Ii, maris Aegaei insula (Aelian. II. 6.) Poroselenae (Aelian. II. 6. Paus. III. 25, 7.)

[103]) Unde etiam spurium Arionis hymnum (Aelian. d. N. An. XII. 45, cf. Bergk PLG⁴ III. p. 79 sqq.) derivare possumus.

nem dabat omnes quae de delphinis ferebantur historiolas componendi. Praeterea Aelianus non solum de delphinorum in pueros amore sed etiam de reliqua piscium illorum vita moribusque scientiam prae se fert accuratam atque copiosam. Iam Pausaniae fabulam Poroselenaeam se ipsum vidisse affirmanti nonne fidem abrogabimus et potius eum quoque ab indicis illius auctoritate pendere, verba autem quae sunt ἰδεῖν αὐτὸς ex hoc fonte in librum suum utpote admodum sibi placentia transtulisse credemus? Quodsi audemus periegetae fidem negligere, eam quoque sententiam inritam reddimus, quae aequales fuisse Pausaniam atque Leonidam statuit, et Apionem Plinium Pausaniam Aelianum omnes ex uno eodemque Leonida Byzantio sua hausisse existimabimus. Qui quo tempore vixerit si accuratius scire volumus, terminorum alterum nobis praebet nomen Apionis, quem sub Tiberio Gaio Claudio imperatoribus Romae praeceptorem fuisse constat. Index autem ipse usque ad Augusti tempora pertinet[104]), qua de causa Halieutica ab Leonida scripta esse vel ultimis Augusti vel primis Tiberii annis videntur.

Pausaniam igitur cum de delphino Poroselenaeo fabulam referret Leonidae Byzantii scrinia compilasse constat; videamus igitur num alibi quoque in Pausaniae libris eiusdem auctoris usum demonstrare possimus. Et propterea velim respicias ad Paus. IV. 35, 8 sqq., ubi longam fontium vel colore vel gusto insignium seriem colligi a periegeta iam in superioribus (cap. I. n. 9) vidimus. Sed non temere varios fontes natura sua insignes enumeravit, — immo vero duo distinxit genera eorum, qui colore, et eorum, qui gusto memorabiles essent. Ac primum quidem inter illos Thermopylarum balneas commemorat easque aquam habere maxime omnium caeruleam, si non omni ex parte, tamen ubi desiliat in κολυμβήθρας, quas Χύτρους vocent accolae γυναικείους, — cuius narrationis partem saltem ex Herodoto oriundam esse iam intelleximus (cap. II. n. 8). Deinde Iopae in urbe Hebraeorum fons dicitur fuisse rutilus, in quo abluisse credidissent Perseum beluae interfectae cruorem. Persei fabulam antiquissimis temporibus in terrae regione orientali collocatam esse inde ab Herodoto et Pherecyde[105]) satis notum est. Cum autem omnes prioris aetatis

[104]) Fabula recentissima, Puteolana, Augusti Caesaris aetate accidisse fertur; testes adhibentur Maecenas, Papirius Fabianus, Attius Flavus, cf. Plin. VIII. 24 sq.

[105]) Herod. VI. 61. Schol. Apollon. Rh. IV. 1091.

scriptores (uno Herodoto excepto, qui Cephenum nomen ad Persas pertinere censuit) Aethiopiam ab rege Cepheo obtineri dicerent, postea videtur fabula translata esse Iopam, neque tum quisquam dubitat, quin Cepheus oppidi illius fuerit rex[106]). Unde vero haec fabulae translatio orta sit, concludi forsitan possit ex Plinii verbis N. H. IX. 11 Detl.: '*beluae cui dicebatur exposita fuisse Andromeda ossa Romam apportata ex oppido Iudaeae Iope ostendit inter reliqua miracula in aedilitate sua M. Scaurus longitudine pedum XL, altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spinae crassitudine sesquipedali*'. Fuit ille M. Aemilius Scaurus M. F. M. N. aedilis curulis anno a. u. c. 695 (a. Chr. n. 59) consulibus Caesare et Bibulo; magnis divitiis ab L. Sulla, cuius erat privignus[107]), donatis, magnificentia autem qua aedilitate functus erat consumtis praetor quaestionem inter sicarios sortitus[108]) propraeturam sequenti anno in Sardinia gessit; postea repetundarum reus Ciceronis defensione absolutus est. Hic igitur Scaurus cum Pompeium ad bellum cum Mithradate gerendum quaestor sequeretur, Iopae fortasse invenit ossa balaenae casu quodam in mare internum delatae, quae certe aliquo modo cohaerebant cum fabula Hebraica de Iona vate in mari haud procul a Iope a balaena devorato[109]); praeterea ostendebatur ibi fons rutilo colore insignis. Iam utrum ipsi venerit in memoriam Andromedae fabula, an ab aliis permixta sit cum antiqua illa de Iona traditione, dubitari potest; certe nemo ante Scauri tempora hoc loco Andromedam beluae obiectam esse posteris tradidit[110]). Sed tam valida fuit ea fabulae conformatio, quae Aethiopum regem Cepheum esse dicit, ut qui Iopam eum transferre vellet, facere non posset quin ad pristinam formam respiceret; qua ex re nata est inepta illa Aethiopiae cum Iope vel Iopia confusio, quam apud Stephanum Byzantium legimus.

Tunc Pausanias thermas nigras profert Astyrae oppiduli in

---

[106]) Plin. N. H. V. 69; 128. IX. 11. Strabo I. p. 42 sq.; XVI. p. 759. Mela I. 11, 3. Joseph. b. Jud. III. 19. Steph. Byz. v. Ἰόπη. Tzetz. Lycophr. 836.

[107]) Plin. N. H. XXXVI. 113; XXXVII. 11. Plut. Pomp. 9.

[108]) Cic. p. Sest. 47.

[109]) cf. Forbiger '*handb. d. alt. geogr.*' II. p. 700.

[110]) Scauri autem maxime interfuit, ut ossa referrentur ad beluam a Perseo interemtam; neque enim Hebraicae fabulae balaena Romae tantum hominum movisset admirationem, quantam profecto movit κῆτος illud unicuique e poëtis tragicis satis notum.

regione qui Atarneus dicitur siti; qua de regione quae periegeta addidit, mere Herodotea sunt (cf. cap. II. n. 9).

Pergit deinde scriptor aquas esse Romanis albas trans Anienem fluvium, ingredientibus quidem frigidissimas, sed qui diutius in aqua commoratus sit, eum tamquam medicamento calidissimo incalescere. Fontis nomen non prodit, sed facile possumus coniicere aquas eum intelligere Albulas Albuneae nomine omnibus e praeclaris Horatii versibus notas. Praeter hunc Vergilius Tibullus Martialis[111]) fontem nominaverunt; Strabo V. p. 238 de eo scripsit: *ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τούτῳ* (sc. Anienis) *καὶ τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν, πρὸς ποικίλας νόσους καὶ πίνουσι καὶ ἐγκαθημένοις ὑγιεινά.* Copiosius autem de aquarum frigore et qua de causa 'aspectu fervere videantur' disseruit Vitruvius VIII. 3, 2, ubi eam architecturae partem exposuit, quae ad aquas coërcendas pertinet. Albula nunc dicitur '*acqua solferata di Tivoli*'.

Concludit hoc loco primam enumerationis partem periegeta, hos esse fontes maxime admiratione dignos affirmans, se autem ipsum multo etiam plures vidisse, quos tanquam minoris momenti praeteriret. Iam sequuntur fontes nonnulli gusto memorabiles; ac primum quidem Cariae in campo quodam Albo nominato prope vicum Dascylis dictum aquae esse feruntur calidae, quae dulciores sint lacte; deinde ex Herodoto fons amarus commemoratur, qui effundatur in fluvium Hypanin (cf. cap. I. n. 9); quae fabula inde ab Herodoto saepe commemoratur.

Postremo loco periegeta memoriae prodit thermas extitisse Dicaearchiae sua aetate (*ἐφ' ἡμῶν*) tam acidas, ut paucis annis fistulas plumbeas, per quas fluxisset aqua, erosissent; quod quamquam multi de Puteolorum aquis scripserunt[112]), nemo tradidit.

---

[111]) Verg. Aen. VII. 81 sqq.

> at rex sollicitus monstris oracula Fauni,
> fatidici genitoris, adit lucosque sub alta
> consulit Albunea: nemorum quae maxuma sacro
> fonte sonat saevamque exhalat opaca mephitim.

Martial. I. 13, 1 sq. itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces
canaque sulfureis Albula fumat aquis.

Tibullus II. 5, 69 de Albunea nympha vaticinante loquitur, quam Suidas inter Sibyllas decimo loco enumerat, cf. Ern. Maafs 'de Sibyllarum indicibus'.

[112]) Strabo V. p. 245. Plin. XXXI. 4. Festus v. Puteoli. Steph. Byz. vv. *Δικαιάρχεια* et *Ποτίολοι*.

Iam tota enumeratione perspecta non ineptum erit in eius originem inquirere; ac primum quidem cum inciperem hunc locum tractare, ab ipso periegeta mihi compositi esse fontes illi memorabiles videbantur. Cum enim Iope haud procule abesset ab Damasco Pausaniae patria, Astyram autem Dascylisque pagum quippe diu Magnesiae commoratus vidisse posset, cum praeterea Romae eum fuisse ideoque Albuneam Puteolosque notos ei fuisse omnes concederent, fabula autem de Hypani ex Herodoto sumta videretur, — statuendum non censebam enumerationem ex alio quodam scriptore haustam esse. Sed paullo post causae non leves sententiam meam radicitus converterunt; intellexi enim hanc enumerationem non integram esse, alteram vero eius partem VIII. 7, 1—3 extare; alia ex eodem fonte frustula inveni II. 34, 1; 37,6; V.5,7 sq.; 7,5; VII.23,3; VIII.19,3. Simul permultos eiusmodi indices inde ab Alexandrinorum temporibus compositos esse[113]) cognovi, quorum is qui apud Vitruvium (VIII. 3, 11 sq.) extat, cum et ipse Iopen Albulam Hypanin contineat, Pausaniae persimilis est. Praeterea aliam quoque ob causam catalogus iste a periegeta ipso confectus esse nequit: intercidere enim Plinii iam aetate, uti ipse affirmat[114]) Astyra, quae Pausanias verbis ἰδὼν οἶδα ornavit; id quod fieri non potuisset, nisi hic paradoxographum (liceat uti hoc verbo a Tzetza primum usurpato) quendam Plinio aetate superiorem exscripsisset. Quis autem fuit auctor ille Pausaniae paradoxographus? Aetas eius definitur hinc Scauri temporibus, illinc Vitruvii Pliniique; qua de causa non licebit de magnorum temporis Alexandrini scriptorum aliquo cogitare, sed descendamus ad inferioris aetatis homines necesse est. Quae cum ita sint, quid dicas, si Leonidam Byzantium fuisse illum auctorem modo non affirmaverim? Temporis ratio certe non repugnat, sed in Halieuticis hunc fluviorum indicem conditum fuisse vix credendum est. At in libello de fluviis scripto, qui inter Plutarchi scripta nobis traditus est, laudatur Leo quidam Byzantius ἐν γ' περὶ ποταμῶν; eiusdem

[113]) cf. A. Westermann, paradoxographi praef. p. XIII. sqq.

[114]) Sic enim res sese habet: Mysiae pagum quendam Atarneum nomen habuisse ex Herodoto discimus (I. 160); cuius pagi caput, id quoque Atarneus appellatum, Plinii aetate iam non extitit, quare hic XXXVII. 156 dicit 'in Atarneo nunc pago, quondam oppido', et V. 122 Atarnea inter oppida deserta affert; in quorum numero etiam Astyra nominat, quod in eodem pago Atarneo situm fuisse Pausanias testis est; cf. de his regionibus Lollingium in '*mitth. d. inst*'. IV. p. 1 sqq.

Leonis Boeotiacis quoque libri illius usus est scriptor, nec credere possumus eundem eum esse cum Leone Byzantio clarissimo illo rhetore, quem Platonis discipulum fuisse et Philippo Amyntae filio in Macedonia regnante patriae suae praefuisse scimus [115]). Nonne potius Leonidas intelligendus sit et is quidem Byzantius non solum, sed etiam in rerum admirabilium collectione versatus? Tum sane et vividiorem haberemus Leonidae imaginem, et eidem non dubitaremus adscribere nonnullos eorum librorum, quorum Suidas (s. v. *Λέων Λέοντος Βυζάντιος*) in farragine sua confusionis plena titulos nobis servavit.

[115]) cf. Philostr. vit. soph. I. 2.

INDEX LOCORUM,

qui cap. I. et II. comparantur.

Paus.		Her.	Cap.
I. 1, 2.	de Piraeo Atheniensium portu.	VI. 116.	II. 1.
5.	Colias promontorium Persarumque naufragium.	VIII. 96.	II. 2.
2, 3.	de Anacreonte.	III. 121.	II. 20.
5, 1.	de Clisthene.	I. 66.	I. 1 = II. 3.
8, 5.	de Harmodio et Aristogitone (ἑτέροις ἐστὶν εἰρημένα).	V. 55 sq.	II. 92.
9, 5.	de Thracum numero.	V. 3.	II. 84.
14, 2.	de populo vetustissimo.	II. 2.	II. 93.
6.	de Minerva Neptuni filia (εὕρισκον).	IV. 180.	II. 21.
7.	de Veneris Uraniae cultu.	I. 131; 105.	II. 28.
18, 2.	de Athenarum arce a Persis ascensa.	VIII. 53; 51.	II. 4.
19, 3.	de Termilis (λέγεται).	I. 173; VII. 92.	II. 5.
5.	de Boreae auxilio (φασί).	VII. 188 sq.	II. 29.
23, 10.	de Hermolyco (γραψάντων ἑτέρων παρίημι).	IX. 105.	II. 94.
24, 3.	de Atheniensium pietate.	II. 51.	II. 30.
6.	de gryphorum et Arimasporum inimicitiis.	III. 116; 102 sq.; IV. 13.	II. 87.
27, 1.	de Mardonii lorica et Masistii acinace (οἶδα).	IX. 20; 22; 64.	II. 24.
2.	de Minervae oleastro.	VIII. 55.	II. 88.
6.	de Athenarum arce a Persis combusta.	V. 77; VIII. 53.	II. 95.
28, 2.	de quadriga in arce collocata.	V. 77.	II. 96.
3.	de muro Pelasgico (λέγεται).	VI. 137.	II. 31.
4.	de Philippide (φασί).	VI. 105 sq.	II. 6.
11.	de Cambysis acinace.	III. 64.	II. 97.
29, 5.	de Sophane Deceleensi.	IX. 73; 75.	II. 32.

Paus.		Her.	Cap.
I. 29, 6.	de Clisthene.	I. 66.	I. 1 = II. 3.
31, 2.	de Hyperboreorum sacrificio (λέγεται).	IV. 33.	II. 33.
33, 3 sq.	de Aethiopibus.	II. 23; 29 sqq.; 32; III. 17—19; 23; IV. 172.	I. 2 = II. 25.
6.	de crocodilis.	IV. 122.	I. 2 = II. 89.
43, 1.	de Iphigenia.	IV. 103.	I. 3 = II. 22.
II. 3, 8.	Medos ab Medea appellatos esse.	VII. 62.	II. 34.
6, 1.	de Asopo Thebanorum fine.	VI. 108.	II. 16 cf. 85.
11, 1.	κεραυνοῖ ὁ θεός.	VII. 10 ε.	II. 98.
16, 1.	de Ione.	I. 1 sqq.; 5.	I. 4 = II. 35.
18, 2.	de Glauco Lacedaemonio.	VI. 86 α—δ.	II. 99.
20, 3.	de Cleobis et Bitonis pietate.	I. 31.	II. 36.
8 sqq.	de Cleomenis expeditione in Argivos facta.	VI. 77 sq.	I. 5 = II. 37.
21, 6.	de Libyae hominibus feris.	IV. 191.	II. 38.
24, 6.	de Erasino fluvio.	VI. 76.	II. 12.
28, 1.	de crocodilis.	IV. 122.	I 2 = II. 90.
29, 5.	de bello Thyreatico.	I. 82.	II. 39.
30, 4.	de Auxesia et Damia.	V. 82—84.	I. 6 = II. 7.
5.	de Oro Aegyptiorum deo.	II. 156.	II. 26.
38, 5.	de bello Thyreatico.	I. 82.	II. 39.
III. 1, 7.	de Proclis Eurysthenisque discordia; de Therae expeditione.	VI. 52; IV. 147 sq.	II. 40.
2, 3.	de Labota et Lycurgo.	I. 65.	I. 7 = II. 41.
3, 5.	de Licha Lacedaemonio.	I. 67 sq.	II. 42.
9 sqq.	de Anaxandrida eiusque uxoribus.	V. 39 sqq.	II. 43.
4, 1.	de Cleomenis expeditione in Argivos facta.	VI. 76—80.	II. 44.
2.	de Cleomenis expeditionibus adversus Athenas susceptis.	V. 64 sq.; 70—74.	II. 45.
2 sq.	Cleomenes Aeginam aggreditur.	VI. 49—51; 61.	II. 46.
3 sq.	Cleomenes Pythiam corrumpit.	VI. 61; 65 sq.	II. 47.
5.	de Cleomenis morte (Δελφοὶ λέγουσιν).	VI. 75.	II. 48.
6.	de Protesilai ira.	IX. 116—120.	II. 49.
7 sq.	Leonidae laudes.	VII. 208 sqq.	II. 50.
9.	de Pausania Plistarchi tutore.	IX. 10.	II. 51.
9 sq.	de Pausaniae magnanimitate.	IX. 76; 78 sq.	II. 52.

Paus.		Her.	Cap.
III. 6, 8.	de Demarati fuga.	VI 70.	II. 53.
7, 3.	de oraculi fallacia.	I. 66.	II. 100.
7.	de Aristone et Demarato (φασίν).	VI. 61; 63; 69.	II. 54.
8.	de Demarati fuga.	VI. 70; V. 75.	II. 55.
9.	de Leutychidis corruptione.	VI. 71; IX. 96—106; VI. 61.	II. 56.
10, 8.	de Croesi auro Spartanis donato.	I. 69.	II. 57.
11, 3.	de Artemisiae fortitudine (φασίν).	VII. 99; VIII. 68α.	II. 58.
6.	de Tisameni quinque victoriis.	IX. 33 sqq.	II. 59.
12, 7.	de Talthybii ira.	VII. 133 sqq.	II. 91.
15, 6.	de Therae expeditione (φασίν).	IV. 147.	II. 60.
16, 4.	de Dorieo Eryeisque terra.	V. 43.	II. 61.
25, 7.	de Arione.	I. 23 sqq.	I. 8 = II. 62.
IV. 3, 4.	de Therae expeditione.	IV. 147 sq.; VI. 52.	II. 40.
5, 3.	de Lacedaemoniorum bellis (Μεσσήνιοι ἀντιλέγουσιν).	I. 66; 82; 69 sq.	II. 101.
23, 5.	de Sardiniae magnitudine.	I. 170; V. 106; VI. 2.	II. 76.
31, 5.	de Babylonis et Susarum muris.	I. 178; V. 53.	II. 102.
33, 3.	de Atheniensium pietate.	II. 51.	II, 30.
35, 9.	de Thermopylarum balneis.	VII. 176.	II. 8.
10.	de Astyris Chiorum mercede.	I. 160.	II 9.
12.	de Hypani fluvio.	IV. 52.	I. 9 = II. 83.
V. 5, 2.	mulos in Elide non gigni (ἐλέγετο).	IV. 30.	II. 10.
7, 9.	de Aristea.	IV. 32.	II. 103.
9, 2.	mulos in Elide non gigni.	IV. 30.	II. 104.
17, 5.	de Cypseli arca.	V. 92 δ.	II. 63.
25, 12.	de Thasiorum Hercule (ἤκουσα ἐν Θάσῳ).	II. 44; VI. 47.	II. 64.
26, 4.	de Micytho.	VII. 170.	I. 10 = II. 65.
VI. 5, 4.	leones prope Nestum fluvium in Xerxis exercitum invasisse.	VII. 125 sq.	II. 66.
8, 6.	de Timasitheo.	V. 72.	II. 67.
14, 13.	de Tisameni quinque victoriis.	IX. 33 sqq.	II. 59.
22, 2.	de Phidone Argivo.	VI. 127.	II. 105.
26, 2.	de Solis tabula.	III. 17—19; 23.	I. 2 = II. 106.
VII. 2, 2.	de Therae expeditione.	IV. 147 sq.; VI. 52.	II. 40.
3, 7.	de Calchante et de Pamphyliis.	VII. 91.	II. 11.

Paus.		Her.	Cap.
VII. 5, 1.	de Smyrnaeis in Panionium receptis.	I. 149 sq.	II. adnot. 76.
— 4.	de çaeli Ionici pulcritudine.	I. 142; 149.	II. 107.
10.			
10, 1.	patriae proditorum catalogus.	VI. 13; 101; VII. 6; 130; 172; IX. 16; 86 sqq.	II. 108.
25, 6.	de Alexandri Macedonum regis legatione.	VIII. 136—140.	II. 109.
VIII. 1, 6.	de Lacedaemoniorum vinculis Tegeae suspensis.	I. 66.	II. 68.
5, 1.	de Echemo.	IX. 26.	II. 27.
7, 8.	de Glauco Lacedaemonio.	VI. 86 α — δ.	II. 99.
14, 8.	de Rhoeco et Theodoro.	III. 41.	II. 69.
22, 3.	de Erasino fluvio.	VI. 76.	II. 12.
24, 11.	de Echinadibus insulis.	II. 10.	II. 110.
27, 14.	de Boreae auxilio.	VII. 188 sq.	(II. 29 = 111.)
37, 6.	de Diana Cereris filia.	II. 156.	II. 23.
38, 3.	de Istri magnitudine.	IV. 48.	II. 112.
43, 6.	de Cyro hominum patre.	III. 89.	II. 113.
45, 3.	de Lacedaemoniis ab Tegeatis devictis.	I. 66.	II. 114.
47, 2.	de Lacedaemoniorum vinculis Tegeae suspensis.	I. 66.	II. 68.
54, 4.	de Orestis ossibus.	I. 67 sq.	II. 42.
6.	de Philippide.	VIII. 33.	II. 115.
IX. 1, 3.	Plataeensium laudes.	VI. 108; VIII. 1; IX. 58—75.	II. 13.
2, 2.	Mardonii corpus evanescit.	IX. 84.	II. 14.
4, 3.	de Gargaphia fonte.	IX. 49.	II. 15.
4.	de Oëroë fluvio (λέγουσι).	IX. 51.	II. 17.
4.	de Thebanorum rebus (εὕρισκον).	IX. 86 sq.; VI. 108.	II. 16+85.
6, 1.			
18, 1.	de Melanippo.	V. 67.	II. 70.
23, 6.	de Myis oraculo.	VIII. 133—135.	II. 18.
36, 5.	de pyramidibus.	II. 124—136.	II. 86.
X. 1, 3.	de bello inter Phocenses Thessalosque exorto.	VIII. 28.	II. 71.
11.		VIII. 27.	II. 72.
2, 1.	Phocenses a Persarum partibus invitos stetisse (λέγεται).	IX. 17; 31.	II. 73.
9, 1.	de Phayllo.	VIII. 47.	II. 74.
13, 9.	de tripode Delphis collocato.	IX. 81.	II. 19.
16, 1.	de Glauco Chio.	I. 25.	II. 75.
17, 1.	de Sardiniae magnitudine	I. 170; V. 106; VI. 2.	II. 76.

Paus.		Her.	Cap.
X. 19, 1.	de Scyllide Scionaeo (ἔχει φήμην).	VIII. 8.	II. 77.
20, 1 sqq.	catalogus Graecorum adversus Persas coniunctorum.	VII. 202 sq.	I. 11 = II. 78.
28, 6.	de Datidis liberalitate.	VI. 97; 118.	II. 116.
32, 8 sq.	de Tithorea.	VIII. 32 sq.	I. 12 = II. 79.
33, 2.	de Histiaeo.	V. 11; 24; 35.	II. 117.
7 sq.	de Parapotamiis.	VIII. 33.	I. 13 = II. 80.
9.	de Amphiclea.		I. 14 = II. 81.
12.	de Drymaea.		I. 15 = II. 82.
35, 2.	de Apollinis templo combusto.	VIII. 33.	II. 118.

INDEX LOCORUM.

CORRIGENDA*).

p. 12 v. 14 lege: *θυγάτηρ.*
„ 16 „ 27 „ *ἀνδρὸς.*
„ 16 „ 28 „ *τὴν.*
„ 16 „ 35 „ *ἤ.*
„ 20 adnot. 29 v. 6 lege: de.
„ 23 v. 22 lege: verum.
„ 24 „ 2 „ *ἀνέζευξεν.*
„ 25 „ 1 „ *δὲ.*
„ 29 „ 21 „ alludat.
„ 30 „ 17 „ Her. I. 66.
„ 33 „ 17 „ *οὐ.*
„ 33 „ 28 „ *Ἄστυρα.*
„ 38 „ 16 „ *ὥσπερ.*
„ 38 „ 33 „ *Αἰσχύλος.*
„ 40 „ 16 „ *ἐκείνου.*
„ 42 „ 18 „ prope.
„ 58 adnot. 69 v. 1 lege: fonte.
„ 67 v. 37 lege: *Τισαμενοῦ τοῦ Θερσάνδρου τοῦ Πολυνείκεος.*
„ 73 ad n. 71. adde: Hanc Pausaniae narrationem ex Herodoto pendere eodem tempore quo haec scripsi etiam E. Loewy vidit, cf. eius '*untersuch. z. gr. künstlergesch.*' Vindobon. 1883. p. 5.
„ 73 adnot. 79 v. 2 lege: in.
„ 82 v. 9 lege: *εἰρήσθω.*
„ 82 „ 23 „ *ὁμοίην.*
„ 91 „ 27 „ *κάπηλος.*
„ 95 „ 8 delenda sunt verba: Her. — 27, 1.
„ 106 adnot. 110 v. 2 lege: tantam.
„ 108 v. 4 lege: procul.

*) Leviores typothetarum errores non omnes correxi, praesertim ubi in verborum accentu peccatum est.

Berolini, typis W. Pormetter.